54-3-11-16

CRISIS ANTICRISIOS,

Et

TRIGA, OPISODROMOS;

Sive,

Examen & Excuſsio Iudicii.

JOAN-GEORGII DORSCHÆI,

Prædicant s Argentinenſis,

Quo,

Judicium Theologicum viri Clariſsimi,

ERNESTI de EVSEBIIS,

Super quæſtione

AN PAX, QUALEM DESIDERANT PROTESTANTES SIT SECUNDUM SE ILLICITA:

CENSUIT.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Auctore

CHRISTIANO FIDELI, Concordienſi,

CONCORDIÆ,

In via Pacis, ad inſigne Olivæ.

M. DC. XLVIII.

PROOEMIUM.

PRODIIT *anno proximè elapſo ſcriptum quoddam, Judicij Theologici nomine inſignitum, ab Erneſto de Euſebiis, (ita ſe is indigitabat) magno ſane & acri Judicio concinnatum, in quo quæſtio hæc, An pax quam deſiderant Proteſtantes ſecundum ſe ſit illicita: ex propriis veræ ſinceræque Theologiæ principiis agitata explicabatur. Non erat diſſertatio in proteſtantes concepta, neque in mentē Auctori unquam venerat, cum ullo eorum, qui à nobis religione diſſentiret, contentionem ſuſcipere. Verùm, cùm intelligeret inter noſtros non omnino convenire, ſciſſiſque in diverſa partibus, in re tanti momenti aliquod ſententiarum exiſtere divortium, atque inſuper ab iis, quorum intererat, rogatus, ſtylum arripuit homo Theologus, & quæ Sagaci mente jam dudum meditatus fuerat, brevi oratione complexus, candidè expoſuit. Horum unus, cùm rem vehementer probaret, effecit ut publici Juris fieret, lucémque aſpiceret, quod tenebris diſſipandis natum ſibi eſſe videbatur. Non potuit hîc intra ſuam ſe pellem con-*

timere Joan Georgius Dorſch , Prædicans Argentinenſis. Quin in jurgium alienum, importunus more ſuo interventor, irrumperet. Apparavit Antic iſin, bigam Syndromon, invectivam in vehiculum, quid non? quæ tamen aliud efficiunt nihil, quàm ut oſtendant, Dorſcheum cùm judicium Erneſti de Euſebiis oppugnandum ſuſcepit, judicium magnâ ex parte perdidiſſe. Primùm enim, Diſputationem, quæ ad illum attinebat nihil, ſuam fecit, ut oſtenderet, jam ſe rixarum cupidum eſſe, ut alienas, mallet quàm nullas. Deinde in Erneſtum immerentem & ignotum invectus, accuſat, quod tempori judicium ſuum non protulerit, quodque pacis inimicus, bellis inflammandis ſtudeat, quæ res calumniam plane ſapit. Non protulit Erneſtus judicium maturiùs quàm rogaretur, non ille in vulgus ſparſit. Fecerunt alij, quos nulla carpere auſit etiam impudentia. Non deteſtatur pacem; ſed juſtam, ſed licitam, ſed perpetuam cum proteſtantibus exoptat. Fiat, *inquit*, ſanè pax, ſed licita; nullâ cooperatione cum hæreſi, nullâ charitatis Dei & proximi, nullâ denique juris non ſui, & officii ſui violatione infamis. *Quiſquis pacem, eo nomine quòd injuſta ſit, reſpuit, non pacem, ſed injuſtitiam execratur. Demum ipſo oppugnandi judicij genere multum peccat.* 1. *Ex ſuâ Lutheranorum ſententiâ arguit, cùm ex ſolis noſtris principiis deberet. Annon quæſtio Erneſti eſt: An pax quam proteſtan-*

teſtantes deſiderant, ſit ex ſe illicita ſtando in noſtris Catholicorum principiis, & è noſtra doctrina? Ita. Nam heterodoxorum ſenſu non laborabat Erneſtus, neque ad rem, aut intentum illius ullo modo ſpectabat, vel ergo Dorſcheus Erneſtum impugnat, vel non. Si non: Ergo ejus diſceptatio non eſt Anticriſis, Judicio Theologico Erneſti oppoſita, ſed inane ludibrium ad captandam apud imperitos famam à Prædicante comparatum. Si verò impugnat: Ergo oſtendere debet pacem illam non eſſe de ſe illicitam e noſtrâ Catholicorum diſciplinâ. Ergo, ſi probat illam eſſe licitam, argumentis è ſuâ heterodoxorum Scholâ petitis, nihil ad rem facit. Ergo, cùm è ſua Synagoga Doctores contra judicium Theologicum laudat, imperite laterem lavat, & cùm opponit proteſtantes non eſſe hæreticos legitimè condemnatos, plane ineptit, & extra oleas controverſiæ expatiatur. 2. Tam multa ex libris alienis exſcribit auctorum nomina, quos ne vidit aut legit unquam, enumerandò, ut rem totam ſæpe obſcuret, & in hòc potiſſimùm incumbere videri meritò poſſit, quò chartas vacuas impleat, & eruditus ac multæ lectionis apud alios habeatur. 3. Mala fide ſcriptores allegat, eorum ſenſa pervertendo, & in partem ſequiorem trahendo. 4. Cùm rationibus adductis arguere nititur, inſignẽ dialectices imperitiam detegit, ut non minùs ille Logicam Ariſtotelis argumentando flagellet, quàm vates illius, Vitus (quanquam Invitum modò eſſe liceat

ceat autumare) poëtando Priſcianum, & Grammaticam, Quatiit. Hæc aliaq; ejuſcemodi Anticritici Prædicātis erra-ta veritati aſſerendæ, & judicio Theologico vindicando, breviter exponere viſum fuit; ita tamen, ut quæ ille argumenta è ſua, ut ante dixi, Theologia, extra chorum ſaltitans produxit, tanquam, ut quæ ad propoſitum nihil faciant, hac vice tacito pede pene omnia prætereamus; ex cæteris potiora & quæ videbuntur, excutiamus. Diſceptatio erit ſuccincta, non tam ad tuendum Erneſtum, (qui nobis ultoribus opus non habet, neque deerit ipſe ſibi, ſi ita videbitur res poſtulare) quàm ad oſtendendum, quàm frivole & imperite, & importune Argentinenſis. Prædicans in hoc negotium ſe immiſcuerit. Subinde tamen, Catholicorum non neminem, Dorſcheanæ cauſæ ſuppetias ferentem, pro re nata, pauciſſimis refellere cogemur. Interea Deum, cui omnium factorum aliquando rationem reddemus, teſtamur, nos nulla Proteſtantium, nullo Catholicorum, nullo pacis, nullo concordiæ odio agi, aut impelli omnino ex penitiſſimo animi ſenſu omne inter Chriſtianos, ſive Catholicos, ſive Acatholicos, bellum extinctum cupimus, mortem etiam lubentes volentesque obituri, ſi modò ea veram Europæ Chriſtianæ quietem, & concordiam conciliare poſſimus. At juſtitiam, at religionem, at conſcientias, at Deum offendi nolumus. Si his Salvis, pax aliqua iniri poteſt, fiat, etſi interea omnium fortunarum jactura fa-

ra facienda, etſi ſervitus pudenda ſubeunda, etſi Imperium temporale perdendum, licet hæc gravia ſint, tamen ſi aliter fieri non poteſt, fiat tamen, fiat pax; ſi modò Deus non offendatur, tum demum quocunq; etiam modo, fiat, fiat pax. Aliàs pacem paciſci cum manifeſto orthodoxæ religionis detrimẽto & interitu, conſcientia læſa, Deo offenſo, non eſt ſane modus. Promittere, quod præſtare per rectam rationem non poſſis, non debeas, aut ſemper, aut præfracta eſt malitia. Polliceri, ac jurare, quod ſervare non velis, perfidia. Stipulari & conceptis aliquid verbis, Deo teſte, in publico orbis atque imperij, conceſſu aſſeverare, ſubſcribere, ſignare, interea verò temporis aliud in mente recõditum habere, & occulta mentis reſtrictione & æquivocatione (ut vocant) eos, qui in fœdus conveniunt, ludere & fallere, quæ res? An non Chriſtiano pectore indigna? Mors nobis optatior ſit quàm tam fœda fraus. Non licet. Quid ergo reſtat? Pax deſperanda? Non. Licita ſperanda, & inquirenda. Quid ſi nonniſi illicita haberi poſſit? Illicitam velle non licet. Quidvis potiùs quàm aliquid illicitum agendum. Deus in auxilium advocandus, qui cauſam ſuam non deſeret, adverſariorum corda emolliet, ut concordiam velint, quam & nos velle fas ſit: modum ſuggeret, mediáque opportuna è renaſci faciet, quibus firma & vere Chriſtiana inter partes diſſidentes pax atque amicitia poſtliminio coaleſcat.

CRISIS

CRISIS ANTICRISIOS.

SECTIO I.

Qualem pacem Proteſtantes deſiderent.

Deſcribit & explanat eam Erneſtus, ſuiſque coloribus graphicè depingit; nempe, Reip. noxiam, Eccleſiæ intolerandam, Religioni Catholicæ peſtem exitiumque futuram. Reponamus hîc compendio præcipuos articulos.

1. Principibus & ſtatibus ſecularibus non ſolùm licet à verâ fide deficere, verùm etiam hæres in ſua dominia introducere.

2. Deficiendi à fide Catholicâ libertas conceditur quoque Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Eccleſiaſticis denique omnibus; modò Eccleſias & beneficia cum fructibus dimittant.

3. Eadem libertate gaudent omnes ſubditi Catholicorum ſtatuum, ſi velint emigrare.

4. Apoſtatarum honori cavetur, tollendo omnem infamiam juris & facti, quæ hæreſin conſequitur.

5. Subditi proteſtantium aut religionem illorum ſequi debent, aut ex ditione eorum migrare.

6. Bona Eccleſiaſtica ante transactionem Paſſavienſem occupata, quæ Imperio immediatè non ſubſunt, neq; intra, neque extra judicium repeti poſſunt.

7. Eccleſiaſtica jurisdictio adversùs Auguſtanæ Confeſſionis conſortes ſit ſuſpenſa. Catholici ex bonis & reditibus intra territorium Proteſtantium ſitis, debent miniſteriis & Scholis Lutheranis providere, ut antea Catholicis providebant.

8. Si

8. Si controverſiæ Religionis non componantur in conſilio, aut comitiis, tamen hæc pax abſoluta & inconditionata, & perpetua eſſe debet.

9. Non obſtantibus conſtitutionibus, vel imperii, vel Eccleſiæ, in contrarium quibuscunque.

10. Cæſar ac Status Catholici ſecundùm hanc pacem non minùs Proteſtantes, quàm Catholicos defendere debent, & juvare in ſubditis Proteſtantium, vel ad Confeſſionem Auguſtanam acceptandam, vel ad emigrationem, compellendis.

11. Secundùm hanc pacem Camera Imperialis omnibus æqualiter jus dicet.

Hi principes ſunt articuli ex pace Religionis Anno 1555. conſtitutâ deprompti, atque hanc imprimis pacem ratam haberi vult Projectum Oſnabrugenſe, quo de agimus, atque inſuper adjicit innumera penè quæ in manifeſtum Catholicæ Religionis detrimentum vergunt. E multis pauca ſint hæc:

1. Sanciatur perpetua vtrinq; injuriarum oblivio & Amniſtia.

2. Bona Eccleſiaſtica, immediata, ut Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Prælaturæ, &c. quæ Anno 1624. 1. Januarii, vel à Catholicis poſſidebantur, vel à Proteſtantibus uſurpabantur, in perpetuum illis relinquantor.

3. Epiſcopi Proteſtantes ad Comitia admittantor, & jus legitimum ſuffragii habendo.

4. Bona etiam Eccleſiaſtica mediata, Anno 1624. poſſeſſa, vbi, vel à Catholicis poſſeſſa, vel à Proteſtantibus uſurpata fuerunt, ita in perpetuum deinceps poſſideantor.

5. Nulli contra hanc pacem, vel Paſſavienſem tranſactionem diſputare fas eſto.

6. Diæceſana jurisdictio Eccleſiaſtica, & Diæceſana erga Proteſtantes penitus ſublata eſto.

7. Aſſeſſores ac Præſidentes Cameræ Imperialis, ex Catholicis & Proteſtantibus pari numero ſunto.

8. Calviniſtæ in partem & jus fœderis, quibusdam limitationibus adhibitis, admittantor.

9. Archiepiſcopatus Bremenſis atque Epiſcopatus Verdenſis, in Ducatum ſecularem à Cæſare converſi coronæ Suecicæ dantor.

10. Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, cùm primùm vacârit, Epiſcopatus Halberſtadenſis, Mindenſis, & Caminenſis, ſeculari perpetuo jure Electori Brandeburgico conceduntor.

11. Epiſcopatus Sverivenſis, & Ratzenburgenſis Duci Megapolitano traduntor.

12. Epiſcopatus Oſnabrugenſis alternâ vice Epiſcopum Catholicum & Proteſtantem ex Domo Brunſvigicâ, vel Luneburgicâ, admittito.

13. Abbatia Hirsfeldenſis Principi Haſſiæ in feudum perenne cedat.

14. Omnes & ſinguli hujus tranſactionis conſortes, univerſas & ſingulas hujus pacis leges, contra quemcunque tueri & defendere teneantur.

15. Contra hanc tranſactionem ullùmve ejus articulum & clauſulam, nulla jura Canonica & Civilia, communia vel ſpecialia privilegia, mandata, litis pendentiæ, res judicatæ, proteſtationes, inveſtituræ, tranſactiones: Edictum pacis Pragenſis, concordata cum Pontificibus, nec ullæ aliæ, quocunque nomine exceptiones unquam allegentur, audiantur, aut admittantur, &c. Verùm, quid attinet cætera ordine referre?

Eſt in manibus projectum pacis, typo vulgatum teritur, legitur, expenditur, à ſummis, medioxumis, imis, ut mirum ſit Prædicantem Anticriticum audere dicere: *De eius Idea nondum pronunciari poſſe, quia hactenus Ideæ pacis ultro citroq; oblatæ ſunt.*

Enim verò, quia Ideæ pacis ultro citroq; oblatæ ſunt, homini ratione judicio prædito qualē Erneſtus ſe eſſe oſtēdit, omnino fas eſt de câ qualis futura ſit absq; temeritate ſtatuere. Neq; quicquam proficit Adverſarius, cum reponit, *Ita in pactis conventis fieri ſolere ut duriora quædam inferantur quam ſperabamus; idem in Hungaria cum Turcis non ſemel accidiſſe: quin & Proteſtantes viciſſim damna & præiudicia non minus gravia enumerare & perſentiſcere.*

Quid enim hoc ad rem? an ideo nobis mitior videri debet conventio aut juſtior, cum Proteſtantibus, vel quia hi non minus gravari ſe ſentiunt, vel quia ab Saracenis æquè iniquas conditiones non ſemel accepimus? O cerebrum Prædicantis!

SECTIO II.

Quibus Argumentis oſtendi videatur licite ejusmodi pacem etiam perpetuam ſanciri.

DEcem omnino attulerat Erneſtus, quæ infra afferentur. Videamus hîc aliquas ex Dorſchei ineptiis.

Primò dicit. *Nihil in hac materia ab Romana Eccleſia definitum: Ergo licet utramq; ſententiam ſequi.* Itane verò? Moveatur quæſtio à Pſeudo-Politicis, (quorum plurimi ſunt, etſi lateant) annon ſit in Imperio tolerandus omnino Turciſmus, ita ut ad conciliandam nobis Othomannicam gentem, fas ſit cuilibet, miſſo Evangelio, ſpretoq; Baptiſmo circumcidi, Alchoranum profiteri, & nomen Chriſti palàm execrari, idq; pacto in perpetuum valituro; Dicet Dorſcheus: Nihil hic definivit Romana Eccleſia: Ergo, licet utrumlibet ſequi. Iterum, diſputent Libertini, Volupiæ Nepotes, annon fas ſit homini uxore carenti, ad vitandam morbi gravis mortisque diſcrimen (audivimus equidem ejus inſaniæ homines) Medico ita ſuadente, extra conjugij jura venerem experiri, hoc eſt, ſcortari.

Quid D. Dorſch? Nihil, inquiet, in hac materiâ ab Eccleſiâ Romanâ definitũ: ergo, Medici ſententiam ſequi licet. Quòd ſi D. Dorſch, ex ſuo ſic arguit, imperitus eſt, ſi ex noſtro, valde ignarus. Quando Eccleſia in dogmate aliquo nihil definivit, licet alicui rationem ſequi, in quantumque contradictionis partem impelli ſe ſenſit, modò paratus ſit Eccleſiæ auctoritatem cum propoſita fuerit, ſequi. Atq; hoc agendo nõ equidem ſe obſtringet crimine hæreſios: At non ideo evadet maculam vel injuſtitiæ, vel intemperantiæ. In propoſito Exemplo, ſi quis ægrotus cui medicus conſilium veneris impudicæ ſuggereret, ita eſſet animo comparatus ut cogitaret, ſe nolle unquam quicquam tenere, quod Eccleſia Romana erroris damnaret, nihilominus tamen, quando illi non conſtet, quid Eccleſia aut definierit, aut definitura ſit, ſi interrogaretur de caſu præſente, & quia utile ſibi in præſentiarum videtur ad morbum fugiendum, ſtatueret, extra matrimonium venerem experiri, hic inquam ab hæreſi alienus quidem impudicitiæ tamen & libidinis maculam non effugerat, & ut heterodoxus

non foret, Scortator tamẽ apud omnes meritò audiret. Ita in præſenti res habet. Qui contra Erneſtum opinantur, pacem illam rectè conſtitui à Cæſare poſſe, ex eâ parte quin Catholici eſſe poſſint, non equidem inficiabitur Erneſtus. At verò eos contra Religionis & juſtitiæ jura nihil peccare, numquam concedet.

2. Addit D. Dorſch. *Utramq; opinionem, & quæ licitam & quæ illicitam putet pacem niti probabilibus argumentis: ergo poſſe nos utramq; ſequi licitè.*

1. Ponamus in formâ doctum Argumentum. Ita habet. Aliquam opinionem probabilem licet ſequi, etſi oppoſita ſit etiam probabilis aut probabilior. Atqui opinio hæc, pacem cum Proteſtantibus eſſe de ſe licitam, eſt probabilis. Ergo. Major eſt particularis, ut vera ſit: Nam univerſaliter falſa eſt, & à nemine, qui Catholicus ſit, aut ſapiat quidem, in omni latitudine conceditur. Minor item particularis. Quid jam ſequitur? Partibus è puris nihil ſequitur. Pueri hoc norunt. D. Dorſch, aut Auctores citatos non intellexit, aut QUATIJT regulas Logicas.

2. Diſtinguit Erneſtus majorem. Quando agit de honeſtate, aut de turpitudine morali facti tantùm: Concedo; ſi præterea ſit annexum aliud periculũ grave, invalidi Sacramenti, injuriæ proximo inferendæ, aut Religionis pervertendæ, &c. Nego majorem. Futile argumentum.

3. Eſto major: Minor ab Erneſto negatur, §. 5. ad 10. vbi videbimus. Reliquæ Dorſchæi obſervationes, aut inanes ſunt, aut ſuperfluæ, aut ex doctrinâ Acatholicâ deſumptæ, aut in ſequentibus recurrent.

SECTIO III.

Aliquot Dorſchei falſitates ex eadem Sectione.

1. *NEminem è medio tolli aut gravius affligi oportet propter id quod Deus ipſi denegavit: at non agnoſcentibus plene veritatem cœleſtem, ſed errantibus Deus denegavit agnoſcere veritatem & errorem fugere: Ergo.*

Nego

Nego minorem. Probat Prædicans.

Errorem ſugere eſt à gratia efficaci. Ita. Poſſet tamen eſſe à ſufficiente. *At Deus negat gratiam efficacem hæreticis.* Ita. Sed concedit ſufficientem, à quâ ſi illi vellent, eſſe poſſet ut veritatem agnoſcerent. Quare ſic retorqueo. Qui concedit id cujus ope poteſt agnoſci veritas, concedit ſufficienter agnitionem veritatis: At Deus concedit gratiam ſufficientem cujus præſidio poſſent hæretici venire ad notitiam veritatis: Ergo Deus concedit ſufficienter agnitionem veritatis. Ergo, ſi hæretici veritatem non adipiſcantur non eſt à Deo, ſed ab ipſorum culpâ profectum. Ergo meritò poſſunt puniri.

2. *De permittenda corrupta Religione habemus divinam diſpoſitionem, uti & Pontificii aliqui agnoverunt.*

In perpetuum? & quando ſine graviore malo exſtirpare poſſumus? ubi illa divina diſpoſitio D. Dorſch: & qui illi Pontificii agnovere? Somnia. Deus ut ipſe permittit, ita nobis permiſſionis mandatum dedit.

O Caput hominis! Nunquid Deus homicidas, fures, latrones permittit? An & nobis & Magiſtratui permittendi mandatum dedit? Aut verò hæreſis illis minus eſt crimen? Ubinam Deus inter hæreſin & latrocinium diſtinguit, cùm de permiſſione & impunitate criminum ſtatuit?

3. *Principes iure Maieſtatis circa Religionis exercitium ob graviſſimas cauſas rectè diſponere poſſunt.*

Falſitas eſt à Cardin. Bellarmino variis locis demonſtratâ. Imperatorum exemplum non probat, rectè feciſſe, ſi quid ſuâ auctoritate in rebus Eccleſiaſticis ſtatuerunt.

4. *Quod ex ſe peccatum eſt, neceſſitas licitum non facit, axioma eſt Erneſti.* Quid ni ſit? *Probat ex illo Matth. 16. 26. Quid prodeſt homini ſi univerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur.*

Annon benè? Annon ſenſus hic Servatoris noſtri Chriſti Jeſu, lucrum nullum, nullave jactura tanti eſſe debet, etſi ſit mundi univerſi, ut cum jacturâ animæ, quæ peccato ſolo incurritur, comparetur? Annon ſenſus eſt, ſatius eſſe interire orbem terrarum, quàm id quod de ſe illicitum eſt perpetrare? Ergo bene infert Erneſtus. Iterum quid rectius eſt

conſecutione Erneſti: Non ſunt facienda Mala (ſcilicet ex ſe) ut eveniant bona: Ergo, nullo neceſſitatis prætextu, quod peccatum & malum eſt, licitum eſt? Nam ſi mala facere non licet, ut eveniant bona, multò minùs ut evitetur neceſſitas.

At non eſt Diſputatio de malis faciendis, ſed tolerandis.

Imò, eſt Erneſto diſputatio de malo ſive peccato perpetrando. Hoc enim loco velut firmum ſecuturæ diſputationi fundamentum ſubſternitur, hoc axioma. Quod ex ſe peccatum & illicitum eſt, neceſſitas licitum non facit. At deinceps, ſuo loco ſubſumet Erneſtus, permiſſionem hæreſis eo modo quo in Pace, quâ de agitur, conſtituitur, eſſe ex ſe peccatum & illicitam. Quid ergo hîc culpas? ſed propiùs ad rem ipſam accedamus.

SECTIO IV.

Pacem cum illis conditionibus quas deſiderant Proteſtantes ex ſe illicitam eſſe.

CONditiones, inter cæteras hæ ſunt Principes: ut hæreſis perpetua ſit & abſoluta permiſſio, ut nemini fraudi ſit opinionibus ab Eccleſiâ Catholicâ alienis adhærere. ut Principibus heterodoxis faſſit ſubditos ad ſuam Religionem, vel cõpellere, vel è patriâ ditione exigere. ut bonorum Eccleſiaſticorum ceſſio fiat irrevocabilis, eaq; in Dominia temporalia mutentur, &c.

Cum his Erneſtus probat pacem de ſe illicitam eſſe, idque octonis Argumentis.

SUBSECTIO I.

Primum Erneſti Argumentum.

EA Pax de ſe illicita eſt, quæ hæreſi directè & indirectè cooperatur. Atqui ea, quam Proteſtantes volunt, eſt talis. Ergo, Major eſt indubitata. Minorem probat ex judicio Erneſti.

§. 1

§. 1.

Pax projecta indirectè cooperatur hæreſi.

ILlud cooperatur hæreſi, quæ eam non impedit, tunc, cùm poteſt & debet: Atqui pax projecti non impedit hæreſin, tunc, cùm poteſt & debet: Ergo, Major eſt recepta, & ex terminis, uti in Theologia & Philoſophia explicantur: Nota. Minorem probo. Illa pax ex vi pacti quo conſtituitur, eſt perpetua, & obligat Cæſarem & Principes, ut nulla unquam tempore in futurum, hæreſin impediant: Ergo etiam obligat, ut tunc non impediant, cùm abſq; ullo graviore incommodo, imò quando & ſuo, & publico etiam commodo atq; bono impedire poterunt: Ergo obligat, ut non impediant cùm poteſt & debet: Ergo indirectè cooperatur ad hæreſin. Nihil hoc claro clariùs.

§. 2.

Effugia Dorſchei expenduntur.

QUid hîc D. Dorſch? nihil penè ad rhombum.

1. Ait *relinquitur adhuc legitima & diuinis mandatis comprehenſa emendatio errorum.*

Punire hæreſin, infamiâ notare, exercitium ejus vetare, ſeminatores & doctores ſubmovere, eſt legitimus emendandi modus. Hic tollitur.

2. *Non habuerunt paciſcentes ullam certitudinem, aliquando futurum, ut poſſint errori obſiſtere.*

Eſto non habuerint Phyſicam; habuere tamen moralem: Nullum violentum perpetuum. *Hæreſes ætatem non ferunt, & ſuo ipſarum vitio cum tempore intercidunt.* Quid tum? antequam tamen intercidant, poteſt interea contingere, ut illis abſq; ullo incommodo obſiſti poſſit. Ergò tunc, ſi quis non obſiſtat, indirectè cooperabitur.

3. *Quid ſi ex prudenti conſideratione nationis Germanicæ conſilia illa promanarint?* Nulla

Nulla prudens conſideratio efficit, ut non cooperetur directè hæreſi is, qui cùm poteſt & debet impedire hæreſin, non facit, aut ut non dicatur ſe obligare ad indirectè cooperandum hæreſi, qui ſe obligat ad non impediendum, cùm potuerit ac debuerit.

4. *Convictio in Religione per media legitima pro impoſſibili habenda non eſt.*

Quænam illa media legitima convincendi? ſcilicet colloquia, concertationes? O ſimplicem Dorſcheum! ſi credas illis demum mediis ad concordiam nos mutuam redire poſſe. Vos Acatholici tot colloquiis inter vos metipſos coaleſcere nunquam ſatis potuiſtis, quâ ergo ratione nobiscum, à quibus plùs quàm toto cœlo diſtatis, convenietis? Quòd Jeſuitas hoc loco incuſas, quod errorum patrocinio, & neſcio quibus ſuperſtitionibus noviter inventis, immanè quantum à ſpe Concordiæ abierunt, à Prædicantico calumniæ penu proficiſcitur Concordiam, vel maximè volunt, ſed errores veſtros probare non poſſunt. Diſputando hæretici convinci poſſunt, converti non poſſunt, Uſus docuit.

§. 3.

Pax projecti cooperatur hæreſi directè.

Ille cooperatur directè, qui ea agit, quæ ſuapte naturâ ad hæreſin ordinantur; vel, qui eſt pars, vel ſocius talium actionum: Atqui pax projecti utrumq; agit: Ergo. Probo Mino. Quoad primam partem detrahere infamiam juris & facti, dare jus reformandi (ut dici ſolet) hoc eſt Catholicos Sacerdotes depellendi Prædicantes heterodoxos in locum ſufficiendi, ſubditos cogendi, ut vel Religionem Catholicam ejurent, vel in exilium abeant, concedere jus & actionem ad vindicanda bona Eccleſiaſtica, ſi quis vi vindicavit, ea illi per ſententiam publicam addicere, ſi quis adverſus hæc ſe Catholicus opponat, illum vi atque armis coërcere, &c. hæc, inquam, omnia, ſi prudenter & moraliter expendantur, ad hæreſin introducendam augendamque tantum valent, imò etiam plus faciunt,

quàm ſi quis in urbe Catholicâ umbone conſcenſo errores populo pro concione propinaret, aut Prædicanti errores ſuos palam è ſuggeſtu proponendi, & Auditoribus eosdem pro libitu tum audiendi tum amplectendi poteſtatem concederet Princeps, jure merito ea agere cenſeretur, quæ per ſe ad hæreſin ordinantur. Ergo & is, qui iſta concedit, cenſendus eſt ea concedere, quæ ad hæreſin per ſe ordinantur: Ergo dicendus directè cooperari ad hæreſin. Probo Minorem, quo ad alteram partem, Compellere ſubditos ad hæreſin, Catholicos tum Sacerdotes, tum Laicos, ſi fidem ac Religionem teneant patriis Laribus pellere, Miniſtros hæreticos Concioni præficere, eripere Catholicis etiam Religioſis bona legitimè poſſeſſa, & juſſu Pontificis reſtituta eaq; profanis hominibus in perpetuum tradere, &c. Sunt actiones hæreticæ ad hæreſin inducendam ordinatæ, & quicunque eſt pars & ſocius talium actionum, eſt pars vel ſocius actionum hæreticarum: Atqui ſi Pax projecti ineatur, illi Magiſtratus, qui talem pacem conficiunt, & acceptant, ſunt pars & ſocij talium actionum: Ergò. Probo Minorem. Quia tenebuntur talia probare, in jure publico edicere, vi atq; armis, ſi quis Catholicus obſtet, effectui dare. aut ſi heteredoxis effectui data ſint, ſuffragio & aſſenſu ſuo rata habere. Hæc ex Erneſto.

§. 4.

Reſponſa Dorſchei examinantur.

MItto quod reponit Dorſch. Supponi ab Erneſto malè, Acatholicos eſſe hæreticos, eoque nomine infames: Jus Religionis alto imperio per ſe cohærere: Non eſſe ſpolia ea, quæ Eccleſiis ablata, Proteſtantium uſui ac Dominio ceſſerunt. Mutuam paciſcentium defenſionem, juris invicem conſtituti uſum eſſe legitimum. Hæc enim omnia ex penu cacodoxo deprompta, huc non ſpectant: cùm in Erneſtum, cum ſolis Catholicis contendentem, ſolis Catholicis Argumentis agendum ſit, ut initio dixi.

Num. 5. dicit *de infamia hæreticis inflicta rem eſſe ſatis incertam.*

Primum enim nullum in jure divino extare principium, quod hæreticos infamiæ Civili ſubjiciat.

Audio; ſed & Chriſtum in Evangelio audio, Matth. 18. 17. Qui Eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. An non cacodoxi vel maximè ii ſunt, qui Eccleſiam, dogmata fidei exponentem, non audiunt? An non Ethnici & Publicani publicâ apud Judæos infamiâ notati, omnium odio flagrabant? quàm timeo ne hic Prædicans non tantùm Anticriticus, ſed etiam ſit Anti-Chriſticus!

Deinde, Infamia iure poſſitivo humanoq; impoſita, poteſt intuitu maioris mali evitandi tolli. In perpetuum? abſolutè? inconditionatè? Minimè.

Papa in Germania, & Gallia fecit. Neq; enim infames aut vitandi ſunt hæretici, niſi denunciati.

Papa id fecit in perpetuum? irrevocabiliter? Lege conventionali? Nego. Sanctione pragmaticâ, quam ubi viſum fuerit revocare poſſit? Concedo. Quomodo jam ſubſiſtes cum tuâ infamiâ? Sed denique vult D. Dorſch, plenè oſtendere, planè errare Euſebium in materiâ cooperationis cum peccato. Quare duplex argumentum comminiſcitur, quod tamen revera plenè oſtendit, ſe ipſum planè prædicanticè errare. Oſtendo.

§. 5.

Primum argumentum cõtra cooperationem cum hæreſi.

PEtit Prædicans à Matrimonio: *Qui malum,* inquit, *permittit lege perpetua abſolute & inconditionate, ſubiectisq; eo fœdatis infamiam*

miam detrahit, & ſtatum illaſæ dignitatis conſervat, imò mali propagationem ſinit cohærere rei optimæ, & poteſtati divinitus conceſſæ, & turbantes in ea poſſeſſione ac propagatione tuetur, is directè & indirectè illi malo cooperatur: At Deus in ſocietate Matrimoniali malum peccati originalis & alia actualia permittit, Lege perpetua, abſoluta & inconditionate, conjugibus quoq; illo modo fœdatis infamiam detrahit, & ſervat eatenus ſtatum illaſæ dignitatis, imò etiam poteſtati ad multiplicationem & propagationem quæ optima eſt, ſinit cohærere multiplicationem & propagationem peccati originalis, & ſocietati Matrimoniali in ſua poſſeſſione, & propagatione liberorum inevitabiliter inficiendorum turbatæ defenſionem ſanxit: ergo Deus ad peccati originem & aliorum inordinatorum motuum exiſtentiam, tum indirectè, tum directè cooperatur. Quid hic vis Prædicans? *Concluſio eſt abſurda.* Ita, quia tua. *Minor ex reipſa certiſſima eſt:* imò ex parte falſa, ut iam videbimus. *Maior eſt Erneſti.* Hæc jam eſt (præter dodrantem falſitatum integram, quam hoc loco prætereo) manifeſta impoſtura. Hæc Major eſt Erneſti: Ille indirectè cooperatur, qui cùm poteſt & debet, non impedit.

Item, ille directè cooperatur, qui ea agit quæ per ſe ad malum ordinantur, vel earum operationum eſt ſocius & pars. Jam ſubſume D. Doctor, & dic: atqui Deus cùm Matrimonium concedit non impedit mala quæ poteſt ac debet impedire.

Item, ſubſume: Atqui Deus in Matrimonio ea agit, quæ per ſe & ſuapte naturâ ordinantur ad peccatum originale; vel, eſt pars & ſocius earum actionum. Subſume, inquam, & erubeſce, tuam ipſius ineptiam. Conjuges rite baptizati non ſunt fœdati malo peccati originalis, & ſi peccati alicujus maculam ſuſcipiunt, Deus certè illam illis infamia non detrahit. In cohabitatione matrimoniali, ſi juxta ſtatus illius leges, & ex præſcripto rationis ineatur, non eſt labes neq; peccatum. Erras. Status Matrimonii honeſtus eſt, Sacramenti honore inſignitus. Actus Matrimonialis de ſe eſt actus juſtitiæ, unde & redditio debiti appellari conſuevit à doctis, ex ſe bonus, meritorius. Procreatio prolis res eſt naturalis, minimè inhoneſta intra ſtatum illum.

 Hæc

Hæc omnium Catholicorum una eſt ſententia quicquid tu, hoc loco Syricio & Innocent. PP. & Bellarm. & aliis calumnioſè & veteratoriè affingas.

At proles naturali propagatione ex ſtirpe Adami profecta, inevitabiliter labe originali inficitur?

Verum eſt. Id verò non eſt ex natura, aut Matrimonij, aut copulæ carnalis, cùm hæc omnia in ſtatu innocentiæ perſeverante, futura fuiſſent, ſed per accidens, ratione peccati ab Adamo perpetrati, cui Deus hoc ſupplicium impoſuit, ut ſi peccato ſe obſtringeret, omnes poſteri, naturali generationis ordine ab ejus familia originem trahentes, rei obnoxiique forent. Recipe ergo parallelismum, ſed tuo veraciorem & aptiorem.

Pactum Matrimoniale.

I.

Matrimonium eſt ſtatus, & cõventio de ſe honeſta.

II.

A Deo conceſſa.

III.

Actus Matrimonij ſunt, reddere debitum, generare prolem, educare, ut ſatisfiat juri conjugali, ut poſteritas conſervetur, ut peccatum libidinis evitetur, & remedium concupiſcentiæ adhibeatur.

IV.

Actus Matrimoniales ſuapte naturâ, & per ſe non ſunt ordinati ad propagandam maculam originis in prole.

V.

Deus non tenetur permittere Matri-

Pax Projecti.

I.

Pax Projecti eſt de ſe illicita.

II.

A Cæſare ineunda.

III.

Actiones pacis ſunt, auferre bona Eccleſiaſticis debita, inducere Prædicantes Acatholicos, expellere Catholicos, vel ad ejurationem fidei & profeſſionem hæreſios adigere, reſiſtentes vi & armis, compeſcere.

IV.

Actus illi Pacis, per ſe & ſuapte naturâ ordinantur, & faciunt ad propagandam hæreſin.

V.

Cæſar tenetur illam pacem, ejus-

Matrimonium pactione conventionali in perpetuum, ſed licet illi, quandocunque ejus Majeſtati placuerit, Matrimonium omnibus interdicere.

jusq; actus, ex lege conventionali, in perpetuum, concedere, neq; illi licet ullo unquam tempore prohibere.

Quis ergo non dicat, Prædicantem Argentinenſem non Parallelismos, ſed Paralogiſmos, & quosdam febrientis cerebri inſaniaq; Paroxyſmos mundo obtruſiſſe? ſed abſtineo, libetq; magis condolere bono D. Dorſch, quòd ſe importunis aliorum conſiliis incautè in negotium alienum, quodq; non ſatis intelligit, immiſcuerit.

§. 5.

Alterum Dorſchei Argumentum.

D*Eus in veteri Teſtamento, Lege per Moyſem lata, permiſit libellum repudij.* Fatemur. *Eratque res de ſe mala, ille libellus.* Manente lege Matrimonij ordinariâ, & nullâ diſpenſatione factâ: Ita. *Et tamen Deus permiſit.* Putem probabilius eſſe, ita permiſiſſe, ut permiſſione diſpenſativâ licitum redderet.

At probabilis etiam opinio eorum eſt, qui docent permiſiſſe, ita, ut pœna tantùm judiciali in hoc mundo non à culpa abſolveret.

Verum eſt. Et ut intelligas, quàm nullum tuum ſit argumentum, dico: eâ opinione admiſsâ ne hili tamen dimidium te proficere; tanta eſt tamq; manifeſta diſparitas.

Nam primò actiones ex permiſſione illâ conſequentes, ut libellum conſcribere, judici deferre, habitatione ſeparari, ſi pars ad aliud conjugium progrederetur, non impedire, ſi quis impediret, punire, non ſunt actiones per ſe ordinatæ ad adulterium, uti actiones pacis projecti ſunt

ordinatæ ad profitendam & propagandam hæreſin. Repudiata non cogebatur aut iteratò nubere, aut exulare. Poterat ergo poſt libellum utraq; pars ſine crimine perſiſtere, non nubendo. At pax jubet, aut fidem execrari, aut ſolum vertere. De in permiſſio illa erat, ex lege revocabili, & ſanctione pragmaticâ, ad quam Deus ex ſuâ parte non tenebatur in perpetuum. & ſanè duris illis cordibus Iſraëlitarum Evangelij gratiâ emollitis, revocavit Servator noſter, quod Moyſes conſtituerat. Matth. 19. 8. Quoniam Moyſes ad duritiem cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras, ab initio autem non fuit ſic. dico autem vobis, &c.

Permitat mitiſſimus Cæſar eâ ratione hæreſin, ſanctione tantùm pragmaticâ, ut integrum ſit ei, ceſſantibus cauſis excuſantibus, revocare, & dicemus non cooperari hæreſi, neq; directè, neq; indirectè.

§. 6.

Tertium Dorſchei Argumentum.

Captivi Chriſtiani & remigio Turcico addicti, etſi metu mortis cùm in Chriſtianos prælium mari cietur, remos impellant non peccant, neq; directè, neq; indirectè cooperantur cædi fidelium injuſtæ: Ergo & Cæſar Pacem proiecti concedens.

Nihil ad rem. licet illis captivis ea facere, quæ de ſe indifferentia ſunt, ut remos agere, ſcalas & arma ſubvectare: at jaculari, percutere, vulnerare, non licet, quia ſunt percuſſio innocentis per ſe ordinata ad malum grave proximo immerenti inferendum. Jam verò, Prædicantem, expulſo ſacerdote Catholico, in cathedram educere, jubere hæreſin doceri, audiri, præcipere, ut aut errores amplectantur, aut exulatum abeant, id ſuapte indole natum eſt fidem exſtinguere & hæreſin promovere: Ergo non eſt paritas.

§. 7.

§. 7.

Aliquæ Catholicorum objectiones repelluntur.

INſurgunt hîc quidam noſtratum, & ſic arguunt.

1. *Si tolerantia hæreſios per pacem hanc ſancita cooperatur hæreſi indirectè, ergo omnis tolerantia etiam ad tempus conceſſa cooperatur indirectè, & per conſequens Conſilium Baſileenſe, quod Huſſiticæ hæreſios tolerantiam ad tempus lege lata ſancivit, peccavit. Nam ne ad breve quidem tempus licet malo etiam indirectè cooperari.*

Reſp. Imperita argumentatio. Aliqua permiſſio cooperatur: Ergo omnis. Audi quisquis ita ratiocinaris. Tolerantia mali, etiam ad tempus, ſi ſine causâ ſit excuſante, utiq; cooperatur ad malum, & illicita eſt. Si verò ob juſtas cauſas ſtatuitur, tum non cooperatur, nequidem indirectè. Ratio eſt, quia ille cooperari dicitur indirectè, qui malum cùm poteſt & debet, non impedit: atqui qui juſtis de cauſis tolerat, non impedit hanc cùm poteſt & debet, ſed cum non debet: Ergo, quod juſtis de cauſis tolerat, non cooperatur indirectè malo.

Jam verò tolerantia hæreſis in perpetuum non ita habet. Probo. Illa ſpondet ſemper non impedituram: Ergo & tunc cum poterit, & cum cauſæ permittendi nullæ ſuberunt, & conſequenter cum debebit impedire. Ergo cooperabitur tunc indirectè. Ergo, ſi jam quis ita promittat, promittit ſe cooperaturum indirectè, quod tam parum licet quàm cooperari indirectè: quod agere non licet, nec promittere unquam, usquam licet. Conſilium Baſileenſe juſtam cauſam habuerit, ut lege tolerantiam hæreſis Huſſiticæ ad tempus ſanciret.

2. Inſtant. *Eccleſia legem perpetuam ſanxit de Iudæis, ne quis eorum ritus, plenos impietatis interturbet. c. ſicut. de Iudæis. c. quæ ſyncera, &c. & tamen Eccleſia non cooperatur hæreſi indirectè.*

Reſpond.

Reſpond. Lex ea Eccleſiæ eſt perpetua, ſicut cæteræ Pontificum Conſtitutiones, quibus ſæpè inſeritur, quod ſint *in perpetuum valituræ*: non ſimpliciter & abſolutè, ſed ſecundùm quid, id eſt, ad tempus, donec à Pontifice revocentur. Eſt ergo ſanctio pragmatica, non lex conventionalis. Poteſt Eccleſia & Pontifex legem contrariam ſancire, quandocunque ei viſum fuerit, & cùm ratio permittendi legitima ceſſaverit, imò cùm hoc poſterius acciderit, debet contra Judæos ſtatuere, & ritus eorum nefandos vetare. At Pax projecti non eſt ejus generis. Eſt fœdus, irrevocabile, ſempiternum, cui, ſi ſemel ictum fuerit, non licebit Imperatori contraire, neque illud unquam abolere. Ergo manifeſta imparitas.

3. *Infamia hæreticorum non eſt juris divini. Fallitur Erneſtus.* Proba falli. *Quia Eccleſia in Germania ſuſtulit infamiam ab Hæreticis; atqui Eccleſia non aufert infamiam juris divini: Ergo.*

Diſtinguo Maj. Suſtulit infamiam juris divini indiſpenſabilis: Nego. Juris Eccleſiaſti: Concedo. Item, ſuſtulit in perpetuum & irrevocabiliter: Nego. Ad tempus: Concedo. Inſtant. *Si Eccleſia ſuſtulit ad tempus infamiam: Ergo auferre infamiam. non eſt cooperari directè ad hæreſin, quia cooperari ad hæreſin nequidem ad breve tempus licet. Ergo male Erneſtus probat ex ablatione infamiæ, cooperationem directam. Præſertim ſi ſit temporaria.*

Reſp. Fateor, remotionem infamiæ, ut ſic, ſi nulla res alia adſit, non cooperari directè crimini, cùm tantùm importet negationem remotionis impedimenti. Atqui removere impedimenta, non eſt equidem cauſare per ſe, ſed tantùm per accidens. Verùm, ſi hæc remotio conſideretur moraliter, prout hìc & nunc perpetua ſtabilitur, & conjuncta eſt hinc cum tantâ populorum ad hæreſin ruentium facilitate, inde, cum jure conceſſo, Catholicos, niſi ad hæreſin animum ſeriò adjiciant, relegandi, bonis Eccleſiaſticis exuendi, errorum Magiſtros, ejectis Catholicis Doctoribus, introducendi, & cum pacto jurato, quòd Cæſar Catholicis eo modo pulſis, ſpoliatiſq;, non modò nullam afferre opem velit, ſed & niſi ultro aut migrent, aut errores amplectantur, & exui ſe bonis ſinant, armis infeſtis adigere teneatur, dubitari non poteſt, quin cauſæ

per

per ſe directè concurrenti, prudenti hominum judicio æquivaleat. Quare etſi remotio illa infamiæ, ut ſic, & phyſicè de eâ loquendo, non ordinetur, neq; faciat per ſe, & ex naturâ ſuâ, ad hæreſin introducendam vel augendam, attamen ſi conſideretur cum circumſtantiis, uti res in noſtrâ Germaniâ ſe habeat, & evenire ſolent, nemo dubitare ſapienter poteſt, quin permiſſio, hæreſi tam liberaliter indulta non debeat æſtimari cooperatio directa. Enim vero eundem omnino effectum habet apud Germanos noſtros, ita hæreſin permittere, atque publicè illam proponere, tradere & concionari. Imò plùs nocet fidei & Religioni talis permiſſio, qualis cum hac infamiæ ablatione conjungitur, quàm ſi aliquis manente legum rigore, qualis in Hiſpaniâ Italiaq; viget contra hæreticos, palàm errores concionaretur, & ſuadere verbis conaretur. Atqui concionari & ſuadere hæreſin per ſe illicitum eſt, & directè hæreſi cooperatur: Ergo & hæc permiſſio in pace projecti comprehenſa, ſive remotio illa infamiæ, tali permiſſione comitata, directè cooperatur hæreſi.

4. *Mera tolerantia non cooperatur per ſe: Atqui conceſſio Cæſaris, quæ hac pace expetitur, eſt mera tolerantia. Ergo non cooperatur per ſe directè.*

Nego Mino. Cooperatur enim per ſe ei, qui per ſe hæreſin introducit, ſtabilit, auget, eum juvando, & præſidium etiam armatum afferendo, at hoc ut Catholici, vel migrent, vel hæreſin amplectantur. Verbo. Si illa conceſſio ſpectetur juxta circumſtantias ſuas, & quoad effectum, quem ſortita eſt hactenus in Imperio, & deinceps ſortietur æquivalet cooperationi directæ & per ſe. Detrahant quæſo larvam. Egregij illi Catholici quâ opinationi ſuæ affingunt & videant, quidnam in re illud ſit, quod puram putam tolerãtiam vocant. Vi equidem Pacis pojectæ tenetur Cæſar ac Catholici Principes, Proteſtantibus, voce, calamo, armis adeſſe, atque aſſiſtere ut orthodoxi Præſules, Principes, ſtatus ac ſubditi cedant bonis Eccleſiaſticis, priori bello juſtè recuperatis, inſuper ut ſubditi, aut hæreſin amplectantur, aut ſolum vertant, idq; ni faxint, & ſi moras trahant, obligatur S. Cæſarea Majeſt. cùm in Conſilio ſuo Aulico, tum ſummo Tribunali Spirenſi, tales decretis Imperialibus ad id compellere, & niſi mandatis paruerint, etiam pœnâ banni mulctare, quin & milite, armis, vi, illatâ etiam nece adigere. Cæteri verò Catholici ordines, cùm in comitiis Imperij publicis ſententiam rogati fuerint, ſuo approbare cal-

culo ſunt obſtricti. Dic ſodes, quisquis contrà ſentis; eſtne hæc tantùm permiſſiva tolerátia? quid eſt poſitivè & directè hæreſi cooperari, ſi hoc non eſt? Ecquid Erneſto ad Exemplum Pilati repones? quid quæſo ille in Chriſto in Crucem agendo fecit, quod hic in hæreſi perpetuum tolerandâ nõ committatur? Adjudicavit fieri petitionem eorum, tradidit voluntati eorum. Luc. 23. Sententiam tulit, milites dedit, & ut crucifigerent non tam ſponte ſuâ juſſit, quàm invitus permiſit & tamen hoc agendo directè Chriſti neci cooperatus dicitur. Ecquid verò minus in hoc animarum perdendarum negotio peragitur? Concipe animo Paſtorem Catholicum, qui oves ſuas ſibi à Chriſto commiſſas deſerere nolit, & Proteſtantibus repugnet. Itur ad tribunal Cæſaris. Petunt Proteſtantes Catholicum Cathedrâ expelli, Magiſtrum Erroris ejus loco induci, fidem taceri, hæreſin ejus loco doceri. Repugnet licet Catholicus. Cæſarea tribunalia adjudicabunt fieri petitionem ipſorum. Catholicum Sacerdotem ejusq; Eccleſiam atq; oves tradent volũtati eorum, milites etiam dabunt, qui miſeros in exilium agant, ſi errores amplecti noliut. Quæſo, an hoc eſt directè cooperari Expulſioni fidei, & introductioni hæreſios, an non? Si Pilati factum excuſas & hoc excuſa.

SUBSECTIO II.

Alterum Erneſti Argumentum.

§. II.

Argumentum Erneſti. Pax ejusmodi infert injuriam Creatori & veræ Religioni.

PAx quæ conjuncta eſt cum injuriâ Dei & veræ Religionis eſt de ſe illicita: Atqui pax projecti eſt talis: Ergo. Minorem probat Erneſtus.

Injuria

Injuria creatoris & religionis eſt, liberè & licitè per leges humanas Deum, Sanctos, Sacramenta blaſphemari; Injuria eſt, infamiam hæreſi detrahi, & veræ religioni, errores, quoad æſtimationem publicam, & libertatem eosdem profitendi, æquari; fidem Catholicam nõniſi tolerari in Imperio, hæreſin cum verâ fide, quoad ejus protectionem & defenſionem attinet, nullo diſcrimine haberi, idq; in perpetuum. Atqui hæc omnia continet Pax projecta: Ergo. Ita Erneſtus.

§. 2.

Replica Dorſcheanæ repulſæ.

PLures ſunt, ſed nullæ penè ad rem. Dicit *Sodomiam & ſimilia ſcelera notoriam in ſe malitiam complecti. Hæreſis obiectum eſſe inevidens & obſcurum.*

Quid tum? Ideo *facilius huic quàm illi infamiam detrahi poſſe.* Pulchra res. Ita enim verò ego contendam. Blaſphemiam in Sanctiſſimam Trinitatem, Judaiſmum, Turciſmum, faciliùs poſſe abſolvi ab infamiâ, & palàm tolerari, quàm mendacium aut ebrietatem. Nimirum, horum abſurditas eſt evidens, iſtorum objectum obſcurum. Habeat ſanè hæreſis materiam obſcuram, ipſius tamen malitia, cùm publico orbis Chriſtiani & concilij Oecumenici judicio declaretur, ſatis eſt clara, atq; inſuper certitudine longè ſuperat.

Quod enim in conſilio Occumenico ſancitum & ſtatutum eſt, v. g. Lutheraniſmum eſſe hæreſin, longè eſt certius, quàm quæcunq; ea, quæ ſolo luminis naturalis præſidio cognoſcimus, quale eſt (præſcindendo à Scripturâ & revelatione) Sodomiam eſſe ſcelus deteſtabile & homine indignum; cùm hoc ſit certum quidem, ſed certitudine naturali ac humanâ, illud verò certum certitudine ſupernaturali & divinâ. Dicit *aliud eſſe libertatem religionis, aliud uſum.* Sed quid ad rem. *Illa rectè præſtatur, hic conſcientiæ uſurpantium relinquitur.*

At rectè præſtari libertatem falſæ Religionis non dicendam erat, D. Dorſch, ſed probandum. Neque etiam uſus conſcientiæ relinquitur. Nemo ad profitendos errores terrore exilij urgere deberet. Pax facit. Nemo non ad audiendam & recipiendam fidem tantùm orthodoxam, & repellendam omnem hæreſin, quovis modo à Magiſtratu fideli impelli. Pax non facit. Dicit. *Si hæreſum ea natura eſt, ut ſicut citò oriuntur, ita ut citò occidant: Non erit ergo perpetua illarum conceſſio: Ergo neq; fidei injuria ex ea parte.*

Quòd conceſſio ex vi ſuâ ſit perpetua, ſatis eſt. Eſto fortè, hæreſis innato vitio brevi ſit interitura, tamen ex vi conceſſionis non poterit Cæſar, antequam hæreſis ſponte corruat, etiam tum cùm cauſæ excuſantes ceſſabunt, illam amoliri. Ergo nō impediet malū tunc cùm poteſt. Ergò, cooperabitur indirectè. Ergo, quando jam eo modo paciſcitur, ſpondet ſe cooperaturum hæreſi indirectè. Ergo malè agit.

SUBSECTIO III.

Tertium argumentum Erneſti proponitur.

Pax ejusmodi eſt cauſa perditionis animarum.

ILlud eſt cauſa perditionis animarum, quod fidem veram ex animis hominum evellit, atqui hoc facit Pax Projecti. Ergo. Probo Min. Fidem evellit, qui hæreſi directè & indirectè cooperatur, qui Principibus in primis apoſtatandi & deficiendi liberam poteſtatem concedit, qui ſubditis neceſſitatem imponit, aut hæreſis amplectendæ, aut injuſtæ emigrationis, qui infamiam errori tollit, qui Catholicos violentæ migrationi, Eccleſiarum invaſioni, miniſtrorum Cacodoxorum intruſioni reſiſtere volentes, vi, armis, banno coërcet, qui Acatholicos, cùm Eccleſiaſticos expellunt, Marte aperto juvat, & ad hoc faciendum fœdere nunquam intermorituro,

turo, etiam tunc cùm neceſſitas, aut alia cauſa excuſans ceſſaverit, ſeſe obſtringit: atqui hoc jubet facitq; Pax: Ergo. Major patet. Quid enim quæſo eſt fidem profligare & evertere ſi hoc non eſt? quid ſubditorum animas inferis litare? Inſpiciamus geminum huic rei exemplar. Demus Rempublicam aliquam ita legibus moribusque conſtitui, ut omnis Lenocinij adulterijque pœna aboleatur, unicuique fas ſit lenocinium exercere, alienæ pudicitiæ inſidiari, torum cujuscunque violare. Æqua ſcortis adulterisque ſit cum matronis honeſtis dignitas, edictum ſit publicum: Nemini caſto eſſe liceat. Omnes adulterent ſcortenturque quicunque adulterare, & ſcortari noluerit, exſto ſolumq; vertito. Juretantem Princeps hanc ſe vivendi licentiam in perpetuum non revocaturum, eosque, qui contrà faxint, aut ſe oppoſuerint, vi atque armis adacturum. Quid videtur? an non hoc eſſet libidinibus cooperari directè & indirectè? An non injuriam Caſtimoniæ & ſanctis Matrimonij juribus inferre? an non honeſtatem ex animis hominum evellere? An non eſſe cauſam perditionis animarum? Aut verò hæreſis non æquè peccatum eſt mortale quàm adulterium aut ſcortatio? Hæc ex mente Erneſti.

§. 2.

Reſponſa Dorſchei excutiuntur.

1. DOrſcheus ſingula Erneſti argumenta inſidiosè adoritur, cùm tamen in rebus moralibus, qualis hæc eſt, penè ſemper contingat, ut rationes, quæ ſingulæ nō ita validum robur habēt, ſi unà & cōglobatæ capiantur, & expendantur, prudenti omnium judicio, invictam componant apodixim, & moralis cujusdam demonſtrationis vim obtineant. Eſto equidem, ex una infamiæ remotione, vel ex eo ſolo, quòd impunitas erroris profitendi promittatur, non ſtatim firmiter confici, aut creatoris injuriam, aut fidei ac Religionis univerſæ ruinam. Si tamen cum hac conceſſione conjunctum ſit, in Principe ſupremo, Jus reformandi Catholicos, ſpoliandi, expellendi, ad emigrationem, niſi hæreſin profiteri velint,

 com-

compellendi, ſi Imperator Catholicis ita afflictis opitulari nō debeat, ſed potiùs adverſarios, omni quâ pollet ope, adjuvet, ut hæc Catholicorum vel deformatio, vel expulſio, ad exitum perducatur, quis prudens rerum æſtimator non dicat, hæc omnia, ſi in unam velut aciem collecta jungantur, eſſe aliquid quod ſuapte naturâ, & non tantùm ex infirmitate eorum, qui pervertuntur, ad hæreſin introducendam faciat, & ad eam augendam comparatum dici poſſit?

2. Arguit, omnibus illis admiſſis, ſuam tamē ſingulis manere libertatem. *Liberum eſt adhuc ſubditis quam velint religionem amplecti, quam nolint repudiare. Non ergo traduntur ſubditorum animæ ſeducendæ Principibus, cùm illis traditur jus libertasq; religionis conſtituendæ.*

Fateor libertatem phyſicam ſubditis manere, atq; adeo eos peccare quod ad hæreſin amplexādam adigi ſe ſinant. Verùm, hoc ad Erneſti argumentū convellēdum nihil facit. Primò enim, eſto ſubditi peccent. Ideòne Princeps non equidē omnimodâ & fatali neceſſitate, ſed vi quadam morali ad exitium eos impellens non peccat? An quia ipſi ſceleri ſe abſtringendo cauſa ſunt perditionis ſuæ, Princeps, quia exilij metu adegit, nō eſt etiam cauſa? quæſo, quæ hæc res? Quisquis palàm errores pro concione populo inculcat, qui ſcriptis in vulgus libris diſſeminat, qui Precibus & blandæ orationis illiciis, Auditores perſuadet, per ſe cooperatur hæreſi, injuriam religioni & Creatori irrogat, eſtq; cauſa perditionis & ſeductor animarum? Nunquid? Ita. Et tamen, interea integrū & iis hominibus à ſpernari vel amplecti? Ita. Manetq; omnibus ſalva libertas? Ita. Ergo, etiam licèt ſubditis ſua conſtet libertas, Principibus ad hæreſin profitēdam urgentibus, animosè reſiſtendi, tamen ſi Principes dicto modo urgeant, cauſa ſunt ſeductionis, & haud injuriâ dici poteſt, eos ſubditorum animas æternis inferorū incendiis mactandas orco dare. Cætera, quæ hic prædicans obtēdit, hæreſin & calumniam ſapiunt, nō Theologiam. Uti præſertim, quod de invictiſſimo Carolo V. blaterat. Credibile ſanè eſſe, eum etſi initio Lutheranæ ſectæ minùs fuiſſet propitius, cognitâ dein melius rei veritate, & ſuorū Theologorum ſocordiâ, & Romanæ Eccleſiæ à reformatione alienatione, benigniùs de Confeſſione Auguſtanâ ſentire cœpiſſe, conſenſum in fundamēto cum antiquiſſimâ Eccleſiâ deprehendiſſe, dignumq; patrocinio imperiali cenſuiſſe. Prædicanti enim, qui amantium more ſomnia ſibi fingit hoc credibile videatur; nobis, qui ex veterū mo-

nu

numentis ſcimus, quâ cõſtantia piiſſimus Cæſar ad extremum usq; imperatorium ſpiritum in fide Catholicâ perſtiterit, omnino eſt putidum.

SUBSECTIO IV.

Quartum Erneſti Argumentum.

Pax ejusmodi eſt uſurpatio poteſtatis ſibi non competentis.

QVisquis diſponit de re, quæ ei non ſubjacet, & quæ in ejus poteſtate non eſt, uſurpator eſt poteſtatis non competentis: Atqui Princeps politicus, cùm de religione conſtituendâ, de hæreſi tolerandâ, de jurisdictione Eccleſiæ ſuſpendendâ, de bonis Eccleſiæ alienandis, ordinat, diſponit de re, quæ ei non ſubjacet, ſed quæ Pontificis eſt: Ergo, quando de iis diſponit, uſurpat poteſtatem non competentem: Imo & Epiſcopi in comitiis exiſtentes, politicâ tantùm poteſtate ibidem utuntur, neq; poſſunt in lege ſuperioris ſui, nimirum Pontificis, quicquam diſpenſare. Hæc Erneſtus.

§. 2.

Replicæ Dorſchei.

1. REponit. *De poteſtate Imperatoris in res religionis multa afferri à variis.*

Nos rationem volumus, neque moramur, quid heterodoxi, vel Pontificis inimici odio incitati dixerint ſcripſerintve.

2. *Carolum V. ſibi poteſtatem idque ſine dubio iure arrogaſſe.*

Nos negamus arrogaſſe; tantùm abeſt, ut jure arrogaſſe concedamus.

3. *In multis receſſibus Imperij illi tribuitur, quòd ſit,* der gantzen Chriſtenheit Schutz und Schirmherr. *Item Advocatus* Obriſter Vogt der H. Chriſtlichen Kirchen. Bene habet Protector, Advocatus, tutor Eccleſiæ, non habet niſi poteſtatem defendendi, eamq; ut munus ab Eccleſiâ impoſitum, præſtare tenetur.

4. Caro-

4. *Carolus Conſilij Tridentum convocandi auctoritatem Pontifici ceſſit, qua ſine, effeciſſet ſane nihil.*

Quoad rem Concilij attinet: nego. Quoad Locum: eſto. Cùm Tridentum ditioni Imperatoris temporali ſubjaceret, æquum erat ejusdem conſenſum accedere, ut eò loci tantus hominum extraneorum conventus indici poſſet, absq; offensâ.

5. *Si Carolus fuiſſet uſurpator alienæ poteſtatis incidiſſet in excommunicationem bullæ cœnæ Domini, reſervatam ſummo Pontifici.*

Jacobus à Graphiis, quem tu citas, fortè conceſſiſſet conſequentiam. Exiſtimarint alij non incidiſſe, tum quia cùm Papa ſibi uni reſervarit Poteſtatem Reges & Principes ſupremos excommunicandi, credendum etiam eſt cum generale in alios anathema fulminat, Imperatorem comprehendere non velle, niſi aliunde de ipſius intentione conſtet; tum quia ignorantia cenſuræ quam in Cæſare præſumere licebat, efficiebat ne delinqueret, & ne incurreret. An non tu ipſe infrà fateris, potuiſſe ſententiam eorum ſequi, qui putabant Cæſari poteſtatem competere?

6. *Errarint ergo omnes Germaniæ Principes olim in pace Paſſavij componenda.*

Homines erant. *Ergo excommunicationem Pontificiam incurrerunt.* Non ſequitur.

Quæ ignoratio culpam gravem impedit, etiam excommunicationi viam obſtruit. Anathema illud, ubi delictum non eſt, non ferit.

7. *Certe tempore Caroli multi exiſtimabant Imperatori Ius eſſe & poteſtatem in res Eccleſiaſticas.*

Certè ſi putabant eſſe independenter ab Eccleſia, fallebantur, uti & modò Dorſcheus fallitur. *At poterat Cæſar illorum opinionem, ſine peccato, ſequi.* Potuerit ſanè: & ſit de facto ſecutus. Fieri potuit ut ſequendo non peccaret, non tamen ut poteſtatem haberet. Ignoratio crimen ſæpe impedit, non ideo legitimam poteſtatem operanti tribuit. Si quis Laicus ignoratione invincibili ductus, putaret, ſibi in ſupremo neceſſitatis articulo licere alium à peccatis abſolvere, & abſolvere niteretur, an ideo poteſtate abſolvendi præditus eſſet?

Notat 2. *Probabile videri poſſe Pontificem inconventionem Paſſavienſem conſenſiſſe.*

Demus; demus; quod tamen falſum eſt. Si Pontifex conſenſit, ceſſat ſaltem uſurpatio alienæ poteſtatis. Nihil hoc hîc ad rhombum Erneſti, qui dicit Pacem Projecti eſſe uſurpationem poteſtatis non competentis, cùm Pontifex non conſentiat.

Notat 3. *Fatentur Iuriſconſulti in compoſit. Pacis c. 5. 4. 29. num. 17. ad 4. conſenſum Pontificis in ſimili pacto non requiri ad valorem.*

Fatentur; fateor. Sed vacillat eorum in eo puncto auctoritas, cùm, teſte Erneſto, in Iudicio (cui res nota eſt) Princeps ejus operis architectus, antequam è vitâ diſcederet, mente mutatâ aliter ſentire ſit profeſſus, alter autem, qui ſecundas ab illo laborum partes habuerat, ſemper huic rei repugnarit.

Notat 4. *Ea quæ uſurpata ſunt in pace religionis, non eſſe ſpiritualia.*

Atqui uſurpata eſt ſuſpenſio juriſdictionis Epiſcopalis. An non juriſdictio eſt quid ſpirituale? Sublata eſt ſubditis Catholicis poteſtas profitendi exteriùs veram religionem. Hæc poteſtas eſt ſpiritalis. Ereptum eſt Clericis jus exigendi proventus. Ius illud eſt ſpirituale.

Præterea, ſint aliqua ex iis non ſpiritualia, ſed materialia, ſive temporalia. Non ſanè omnia ad Imperatorem pertinent quæ temporalia ſunt: & ſua Eccleſiæ ſunt bona temporalia ſæculari regimini minimè ſubjecta.

§. 3.

I. DORSCHEI CONCLUSIO.

Princeps non poteſt decernere de fide quantùm ad dogmata affirmanda & neganda, quo obligatur conſcientia.

At pax concedit Principi, ut decernat ſuis ſubditis quid affirmare, quid negare debeant, in rebus fidei. An tu putas quod Principes con-

 tenti

tenti ſint, uti ſubditi exteriùs tantùm ſimulatione quadam, aut hæreſin, aut fidem ejurent, aut amplectantur? Non credo. Jubent Principes Proteſtantes ſeriò & ex animo ſentire, communionem ſub utraq; eſſe ſaluti neceſſariam.

Poteſt tamen ea ſtatuere quaad fidei decreta conſtituenda, propaganda, & conſervanda iudicat neceſſaria.

Quæ politica ſunt, & fidei conſervandæ ſubſerviunt, tanquam Eccleſiæ Protector utiq; poteſt. Talia ſunt hæreticos pellere, errorum Magiſtros arcere, libros proſcribere, portas urbis & tabernas meritorias, interea cùm divina peragantur, claudere, Concurſationes otioſorum vetare, ſarta tecta templi urgere, Conſiliis etiam intereſſe, præſidio militari tumultus arcere, Eccleſiæ præcepta & definitiones executioni mandare, &c. At hæreſi impunitatem dare, quæ doctrina populo fideli tradenda ſit, decernere, Eccleſiæ Miniſtros hos expellere, iſtos recipere, bona abſq; Eccleſiæ nutu & voluntate rapere, alienare, diſtrahere; id enim verò non licet.

Quid? An non tu dicis: *Principem non poſſe imponere Antiſtiti, tolerare lupos, per intermiſſionem elenchi & cenſuræ Eccleſiaſticæ ſpiritualis?*

Eccur demum? Certè hoc non eſt definire quid ſentiendum ſit. At tu antè dicebas, hoc ſolùm Principem non poſſe. Et quam tu rationem attuleris cur Princeps tibi vetare non poſſit, ut ne errores pro concione refutes & è verbo Dei convincere nitaris, aut ut ne privatim ſeductos commoneas, eandem ego afferam ut probem, Principem permiſſionem hæreſios, quæ in pace conſtituitur, paciſci non poſſe. Qui jus habet paciſcendi oves, jus etiam habet lupos non clamore tantum, ſed & pedo ubi opus fuerit, repellere. Et quisquis paſtori pedum ex torquet, ne graſſantes in pecus ſuum beſtias arceat, ſolo clamore in poteſtate relicto & paſtori & pecori injuriam facit, meritò ovium hoſtis & luporum patronus dicendus.

§. 4.

CONCLUSIO II. DORSCHEI.

Jurisdictio Eccleſiaſtica ad quæ objecta ſe extendat.

QVæſtionem Prædicans proponit: non omnino ſolvit; ſed perturbatè de excommunicatione hæreticorum aliquid è noſtris exſcribit.

Dicit I. *Dubium eſſe in Schola Pontifica, an uſus jurisdictionis in hæreticos non etiam dependeat ab Imperatore Romano & Maieſtate Imperij, &c.*

Non dependeat ſanè ab Imperatore tanquam vel à ſuperiore, vel ab eo, qui ſimultaneam jurisdictionem habeat. Nemo id Pontificius adſtruit. Sed dependet, tanquam ab eo, cujus ope & præſidio ſæpe res executioni mandari non poteſt. Quare ſi Princeps politicus non poſſit, Eccleſiæ, hæreticos ad rogum vel focum damnantis, ſententiam exequi, quin damna & mala multò graviora conſequantur, tum equidem ſuperſedēdum eſt Pontifici, neq; Cæſar eo tempore ad uberiora urgendus, non, quòd res ab ejus in hæreticos jurisdictione legitimâ dependeat, ſed quod poteſtas ejus executiva ſit impedita. Ita fatemur evenire poſſe, ut Princeps ſæcularis eâ rerum ac temporum iniquitate prematur, ut errores quantumcunq; noxios ex antiquis Eccleſiæ & Conciliorum decretis arcere & punire prudenter non poſſit, atq; tunc dicimus, Principem, quam diu ea quidem difficultas perſeverat, poſſe hæreſin tolerare. At in perpetuum paciſci, ut ne jurisdictio ſpiritualis in eos unquam exerceatur, id jam non poteſt, cùm non ſit in ejus poteſtate.

2. *Dubium eſſe, an Iudex Laicus circa latam ab iudice Eccleſiaſtico excommunicationis ſententiam poſſit cognoſcere.*

Eſto, ab aliquibus dubitetur. Communis opinio eſt non poſſe, ſal-

tem juridicè, niſi Eccleſia, vel tacitè, vel expreſsè, conſentiat. Si id quidem alicubi in uſu eſt, implicito Pontificis & Præſulum nutu peragi cenſendum eſt.

3. *Epiſcopi conſenſere in ſuſpenſionem juriſdictionis Eccleſiaſticæ, Anno 1555.*

Dicit Erneſtus illicitè & invalidè feciſſe.

§. 5.

CONCLUSIO III. DORSCHEI

Juriſdictio Principis quantùm circa bona Eccleſiaſtica valeat.

RESpondet Prædicans 1. *Erneſtum in ſua aſſertione totum fundari in corpore Iuris Canonici.* Transeat. *Adeoq; non ſatis firmo niti fundamento.* Et cur? *quia Decreta Gratiani vacillant.*

Ergóne Decreta Gratiani ſunt totum corpus Juris Canonici? Pudeat ineptiæ. Habeat aliquos errores Gratianus. Nos eos averſamur. At ubi ſcita Pontificum, Conciliorum edicta, SS. Patrum ſententias refert, cur non reverenter amplectamur? Talibus nititur Erneſtus; non Decreto modò, ſed & Decretalibus rectè adductis.

2. *Nondum eſt certum, an Ius Canonicum liget Cæſarem.* Catholicis jam dudum eſt certum. *Pontifices & Sacerdotes ſub Imperio Magiſtratuum politicorum contineri oſtendunt leges & facta Imperatorum.*

Facta Regum nihil aut parum (niſi quid aliud accedat) in hac re probant. Si cum Pontificis ſcitu & conſenſu ſacra judicârunt, benè eſt. Multa & hodie talia in Germaniâ, Galliâ, Hiſpaniâ, fiunt. Si ſolo ſuo nutu eò progreſſi ſunt, res facti fuit, non juris. Etiam Pilatus Chriſtum juridicè

adnecem

ad necem condemnavit. An ideo jus ita faciendi habuit: Herodes Jacobum gladio ſubjecit, an propterea licuit? multas de ſacris rebus ſanctiones promulgavit Juſtinianus. Sed quid mirum? Homo litterarum omnium expers & (ut Suidas ait) analphabetus fuit, & qui plurimùm in rebus conſtituendis uteretur Triboniano, homine ethnico, & ſacrorum noſtrorum ſive imperito, ſive hoſte. Et ſanè melius ille & imperio, & animæ conſuluiſſet ſuæ, ſi intra legitimos Politicæ cancellos ſe continens, in aliena jura manum non injeciſſet. Jam verò notum, quàm horrenda jactatus ſit cataſtrophe, cùm moris ſui tenax, eò progreſſus eſt amentiæ & in hæreſin Aphthartodo citarum, ſive incorruptibilium, incideret, orthodoxos Præſules perſequeretur, & omnium hominum (utinam non etiam Numinis) juſtam & perpetuam execrationem mereretur.

Hic nimirum finis & uſurpatæ in res Eccleſiaſticas poteſtatis, ſchiſma, Hæreſis, damnatio. Neq; huc ſpectat quo jure exemptio Clericis competat. Sive enim divino, ſive humano competat, non poteſt violari exemptio quæ jure competit.

3. *Nondum eſt certum inter Pontificios, cui competat dominium bonorum Eccleſiæ.*

Quid refert? ſaltem certum eſt, competere vel ſoli Chriſto, vel Papæ, vel communitati, vel perſonis privatis. Item, certum eſt, inter eoſdem, non competere Cæſari, neq; Principibus ſæcularibus: Ergo, certum eſt, Cæſarem ac Principes de iis diſponere non poſſe. Ridiculum planè prædicantis argumentum: Nondum eſt certum, an Chriſtus, vel Papa, vel communitas, vel particularis perſona habeat Dominium bonorum Eccleſiaſticorum: Ergo Cæſari licet ea ſibi arrogare. Atq; ſi quis diceret, Nondum eſt certum inter Doctores cui Dominium rei præſcriptæ, præſcriptionis termino elapſo, competat, ei ne qui ex legis ritu præſcripſit, an qui olim Dominus fuit: Ergo licet Cæſari de eâ diſponere. Præclarum ſcilicet argumentum, Prædicante Anticritico, non autem Doctore Theologo dignum.

4. *Bona Eccleſiaſtica extincta, an à Cæſare ad majus Eccleſiæ bonum pro arbitratu applicari poſſint, videtur adhuc inter Pontificios diſputari.* Iterum, *quid ad rem?* Qui dicunt non poſſe defectu nimirum poteſtatis, an non nobiſcum ſentiunt? qui poſſe aſſerunt, cre-

dunt ab Eccleſiâ, pro derelictis haberi, vel Imperatori concedi. Quid hoc contra nos?

5. *Imperator illa bona non alienat, ſed uſurpantibus permittit.*

Atqui poteſtatem non habet eo modo permittendi, ut nullo unquam tempore repeti jure poſſint, ut actio omnis priſtinis poſſeſſoribus denegetur; imò per vim reſiſtatur, & iis, qui receperint, eripiantur hoc non eſt tantùm permittere, ſed dare.

6. *In caſu Neceſſitatis non requiritur conſenſus Pontificis, ad alienanda bona Eccleſiaſtica abſolutè.* Navar. Sylv. &c.

Ita pauculi quidam ſentiunt, in foro interno, ſi bona fides, neceſſitas, utilitas adſit, & ſola deſit ſolennitas juris, qualis eſt in cæteris conſenſus Pontificis, alienationem rei Eccleſiaſticæ ratam eſſe.

Verum, primo, Si pauci ſunt contra torrentem Doctorum. apud Vaſq. Suar. Molin. Farinac. Sopran.

Deinde, hoc nihil ad præſens noſtrum negotium. Loquuntur auctores de talibus, qui habent res eas in ſuâ poteſtate, quales ſunt Eccleſiaſtici. Atqui Cæſar non habet in poteſtate ſua bona Eccleſiæ: Ergo de eo non poteſt intelligi, quod hi Doctores dicunt, poſſe, in caſu neceſſitatis, ſine conſenſu Pontificis fieri translationem dominij Eccleſiaſtici. Eadem eſt penè ratio de Epiſcopis, quorum vix unus eſt, qui de ſuo Epiſcopatu quicquam alienet, ſed plerique de alienis in quæ jus nullum habent, juxta eam pacem diſponere deberent: Ergo validè non poſſunt: Ergo, ſi faciant, alienam poteſtatem uſurpant.

7. *De recuperatis reſtituendis eadem eſt ratio.*

Ita quidem, quoad hoc, quòd iniqua ſit. Unum tamen intereſſe dicam cum Erneſto. Occupata raptoribus permittere cùm eripere poſſis & debeas, eſſe cooperari rapinæ indirectè. Recuperata veris dominis eripere & raptoribus tradere, aut iisdem auxilium præbere, eſſe cooperari rapinæ directè.

§. 6.

§. 6.

CONCLUSIO IV. DORSCHEI.

Poteſtas Principis num valeat ſuſpendere jurisdictionem fori interioris.

PRædicans dicit 1. *Iurisdictionem fori interioris non eſſe ſuſpenſam contra errantem religionem.*

Jmò verò ſuſpenſa & quid enim quæſo forum internum ſpectet, quod non ſit ſuſpenſum? Vinculum excommunicationis internum eſt. Pax non permittit Epiſcopis, Proteſtantes excommunicare Fœdus. Matrimonij ejusque impedimenta, præſertim dirimentia, fori Eccleſiaſtici ſunt interni, non vult pax, ut Epiſcopus in ditione ſæculari Proteſtantium jus illud in ſubditos uſurpet. Tu verò quid vocas actum jurisdictionis internæ? Sacramenta & verbum Dei miniſtrare? Atqui hoc per pacem, Epiſcopis, in ordine ad Proteſtantes, etiamſi in ſua diœceſi ſpiritali commorentur, ſi temporaliter ſubjecti non ſint, non eſt permiſſum. Demum, abſolutè inconditionatéq; jubet pax omnem jurisdictionem Epiſcoporum in ordine ad Proteſtantes ſuſpendi.

Quid ergo tu fruſtra diſtinguis? aut oſtende mihi quid jurisdictionis internæ habiturus ſit Epiſcopus Argentinenſis in te tuique ſimiles Lutheranos Argentinæ degentes, pace projecti ſemel admiſsâ, certe nihil oſtendes, aut voles oſtendes, ſat ſcio.

2. Proſequitur: *Iurisdictionem exteriorem ſuſpenſam eſſe idq; iure.*

Probationis autem loco quædam ſubnectit Erneſti poriſmata, quæ more ſuo, id eſt, futiliter refutat.

Primum poriſma erat, quod dixerat Erneſtus. Nullam neceſſitatem, poſſe Cæſari & Statibus poteſtatem religionis & Eccleſiarum tribuere:

Quia

Quia jura illarum pendent à jure divino, adeoq; Laicis, quà Laicis, competere non poſſunt utpote incapacibus. Non magis quippe, quàm poteſtatem ordinis, poteſtatem religionis & Eccleſiæ tribuere aliquem poſſe Laico.

Reponit Prædicans Anticriticus. *Duplex hic falſum ab Erneſto committi.*

Primò, quòd omne ius Religionis & Eccleſiæ, quod hodie Eccleſiaſtici ſibi tribuunt, ſit à iure divino.

Deinde, quòd poteſtas religionis & Eccleſiæ non magis ſit Principibus communicabilis, quàm poteſtas ordinis. Aliter ſenſiſſe olim Sorbonam, Teſte Ioanne Gerſon.

Verùm triplex à Prædicante committitur hîc falſum.

Primò, quòd imponat Erneſto, illum loqui de OMNI jure religionis, quod hodie, &c. Non dixit omnia jura, quæ hodie ſibi tribuunt. Loquitur de jure ſpiritali, religionem conſtituendi, de quo præcipuè hîc eſt controverſia.

Secundò, quòd dicat olim Sorbonam aliter ſtatuiſſe.

Tertiò, quod addit teſtem eſſe Gerſonem, certè Gerſon eo loco non dicit eam eſſe Sorbonæ ſententiam. Imò, quæ Gerſon ibi docet de poteſtate Eccleſiæ ab hominibus acceptâ, nunquam inficiabitur Erneſtus. Quid enim? Gerſon dicit eſſe, qui putent jus incarcerandi rebelles, adjudicandi morti vel flagello corporali non eſſe ex inſtitutione Chriſti ſolâ primariâ? Erneſtus non contradicat. Quòd hæc Eccleſiaſticus agat ex conceſſione Principum? & hoc Erneſtus concedat. Quòd Clerus à Principibus ob eorum devotionem jurisdictionis TEMPORALIS acceperit auctoritatem? ultro det Erneſtus. Quòd hæc tamen jurisdictio & cenſura dicatur ſpiritalis, ſicut & Eccleſiaſticorum bona temporalia propter dedicationem ad eos, qui miniſtrant Eccleſiæ dicuntur ſacra, eo modo quo olim in lege veteri, vaſa templi, veſteſq; dicebantur ſacræ? totum hoc velit Erneſtus. Optimè ergo convenit Gerſoni cum Erneſto. Jus poteſtatis propriè ſpiritalis, id eſt, dirigendi animas ad finem ſupernaturalem, & de fide ac Religione conſtituendi, decernendi, ſtatuendi præcepta, leges, Canones, procedendi deniq; contra inobedientes, eſt à Chriſto dicente Petro vice omnium Matth. 18. Si peccaverit, &c. Hæc

eadem

eadem Gerſonis & Erneſti ſententia. Ergo illa non poteſt communicari Laico, etſi ejus executio ſæpe poſſit committi.

Alterum poriſma. *An Epiſcopi potuerint in Paſſavienſi tranſactione concedere pacem religionis?*

Negat Erneſtus; quia vel feciſſent diſpenſando in jure canonico vel renunciando. Atqui non potuêre diſpenſare, quia ius canonicum eſt jus ſuperioris. Nemo diſpenſat in lege ſuperioris.

Opponit Dorſch. *Non fuit diſpenſatum niſi quatenus leges neceſſitatis à Deo immiſſæ, & ſalus Eccleſiæ permittunt.*

Ad formam D. Doctor. Nemo diſpenſat in lege ſuperioris. Inferior in ſuperiorē non habet poteſtatem. Diſpenſare actus eſt poteſtatis. Atqui neceſſitas à Deo immiſſa & ſalus Eccleſiæ, non facit ut inferior nō ſit inferior. Ergo non facit ut inferior poſſit in lege ſuperioris diſpenſare. Ergo non diſpenſarunt Epiſcopi. Sed neq; ceſſerunt, aut potuerunt juri cedere. Nemo privatus juri communi poteſt renunciare, eſt regula juris.

At Imperator & ordines Imperij, qui iuris publici præſtites ſunt, poſſunt ſtatuere contra ius publicum.

Contra jus fuiſſe fori, Civile & imperiale, nemo negat. Non ſunt in eo privati, Imperator & ordines. At in Jure Canonico cui ſubſunt, Epiſcopi tanquam privati, nihil poterant. Repono Argumentum ergo Erneſti. Privati non poſſunt renunciare juri communi: At pauculi illi Epiſcopi erant in foro canonico privati: Ergo pauculi illi Epiſcopi nōn poterant renunciare juri communi canonico, quod vetat Hæreticos in perpetuum tolerari, Catholicos expelli, aut ad hæreſin adigi, Epiſcoporum jurisdictionem æternâ ſuſpenſione elidi, bona Eccleſiæ absq; conſenſu Pontificis alienari, &c.

Cæſar tamen Ferdinandus ſuam in eos conſcientiam exonerare potuit.

Erravit ſanè ſi putavit. Error ille an culpabilis & vincibilis fuerit quis judicet? Error ſanè fuit.

Spectavit illos Cæſar, ut Deos, Angelos, Stellas.

Mi Prædicans. A page nænias illas, quibus inanes chartæ lacunas tam pueriliter imples. Dij quidem ſunt & Angeli, & Stellæ, Epiſcopi noſtri, & tales eſſe præſumere oportet, donec contrarium de aliquo compro-

 betur.

betur. Interim tamen in eo facto, ſi Cæſar eorum ductum ſequens, cogitavit ſe officio ſuo rectè defungi, erravit. Vincibiliter, an invincibiliter, non facilè dixero. Erravit ſanè. Quomodo verò Epiſcopi, poſt longum ſatis luctam, in eam mentem demum devenerint, ut vel connivendum, vel conſentiendum putarent, non equidem pronum eſt ſcitu. Credam eâdem, quâ Cæſarem conſtat, ſpe quamvis inani adductos atq; ad paciſcendum illectos fuiſſe, ut ſibi omnino perſuaderent, ſe eâ ceſſione animos Proteſtantium ita demitigaturos, ut brevi agnitâ veritate ad officium illi ſuum atq; Eccleſiæ Unitatem, ſuâ propriâ ſponte reverterent, quæque importune extorſerant, ultro reſtituerent. Quæ res etſi eos vehementer fefellerit, fieri tamen poteſt, ut à crimine Religionis proditæ & neglectæ, ſinceras alioqui virorum optimorum mentes apud Deum immortalem excuſarit.

3. Poriſma. *An in neceſſitate ſine Papa paciſci licuerit.*

Reſpondet & Prædicans affirmativè. Neceſſitatem non habere legem, facere omnia communia, tollere immunitatem, ſuſpendere privilegia.

Denique quid non exſcribit, ut chartas impleat, & longam AntiCriſin mundo obtrudat.

Contrà autem eſt. 1. Eſto, neceſſitas compulerit ad paciſcendum, nulla ſanè compulit ad tranſigendum ſine nutu capitis Eccleſiæ? Quid enim, amabo, coëgit, non expetitâ priùs Pontificis ſententiâ concludere? ſi neceſſitatem ſupremam Pontifici probaſſent (probaſſent autem, ſi revera extitiſſet) nunquam ille reluctari, aut voluiſſet, aut potuiſſet.

2. Nulla eſt neceſſitas, quæ licitum faciat id quod de ſe illicitum eſt. Ullumne malũ eſt, cujus metu fas ſit Numen blaſphemare, religionẽ execrari, Matrimonij jura violare, mẽtiri. Atqui pax illa, quæ errorũ Magiſtros cathedris publicis intrudit, quæ fidei præcones ſubmovet, quæ orthodoxos, aut fide, aut patrio ſolo ſpoliat, quæ hæreſi impunitatem ſpondet, juratq; abſolutè, inconditionatè, in perpetuum, id eſt, etiam tunc cùm nulla majoris boni procurandi, nulla majoris mali ratio, nulla neceſſitatis publicæ, verbo, nulla ampliùs legitimè excuſans cauſa ſuppetet: talis, inquam, Pax, tam diris funeſtisque adjunctis & circumſtantiis affecta, eſt de ſe impia, illicita, ſacrilega: Ergo nulla neceſſitas licitam facere potuit.

3. Quid

3. Quid ſi quis Politicus neceſſitatem ſupremam ſubeſſe neget? Theologici hæc res equidem non eſt judicij, quæ non intra Muſæa pacata, ſcholaſtico in pulvere, in umbrâ librariâ, intra albicantis Papyri folia, ab otioſis & inexpertis, ſed in aprico negotiorum externorum ſole atque ardore, ab hominibus politicis, longo rerum uſu contritis cognoſci & dijudicari ſolummodò poteſt. Fateor. Neque adeo me iminiſceo. Attamen temperare mihi non poſſum, quum hîc exſcribam fragmentum Epiſtolæ quoddam, quod in manus meas incidit, videriq; poteſt eſſe Cardinalis Moroni, aut alterius è comitatu ejus, qui ſub initium comitiorum. Anno 1555. Auguſtæ præſens fuerit. Ita autem habet: *Scribis mihi, vir ampliſſime, Cæſarem & Regem Rom. unà cum Imperio temporum horum acerborum iniquitate ad eas redactum anguſtias, ut à ſuprema neceſſitate, in qua omnia liceant, nihil omnino diſtare videatur. Imminere, ſcilicet, cervicibus Auſtriæ totiusq; Germaniæ immanem Turcorum exercitum, nullas verò adeſſe à parte veſtra copias, ærarium Cæſaris exhauſtum, nervos belli ſucciſos, vires elanguidas, nullum à Principibus Proteſtantibus pecuniæ ſubſidium, neque virum adeo unum in militiæ ſupplementum ſperari poſſe, niſi pax Religionis ex eorum voto atque ſententia conſtabiliatur. Atque hæc omnia vehementer mihi inculcare conaris, jubesque omnino, ut rem certiſſimam præſupponere, facultates Cæſaris & Principum Catholicorum ita eſſe acciſas, ut repellendis Turcorum armis belloq; gerendo pares eſſe nullo modo poſſint.*

Ego verò, etſi hæc horumq; planè ſimilia Auguſtæ, cùm initio adeſſem, ſæpius mihi plurimumq; objectari audirem, ſemper tamen veritus fui, uti adhuc vereor, ut ne hæc veſtra ſuppoſitio ab præpoſtero quodam otij propriorumq; commodorum ſtudio & amore nimio potiùs, quàm à vera & Chriſtiana prudentia ſit profecta.

Quæſo, enim, Domine mi Ampliſſime, hanc viciſſim unà mecum hypotheſin liquida cogitatione apud animum tuum expende. Finge Proteſtãtes (quos vocatis) Principes eadem qua nunc ferocitate & conſtantia pacem Religionis urgent; etiam iſtuc inſuper addere: Non ſe quieturos, neq; arma depoſituros, tantùm abeſt, ut vel virum, vel teruncium unum Turcis depellendis ſint daturi, niſi his plane conditionibus.

Primùm, ut Cæſar Carolus imperij titulum plane deponat, Germania tota abſcedat, Belgij quod teutonice loquitur Haſſorum Principi, quod Gallice callet, unà cum Burgundia, ducatu Mediolanenſi, & regnis Siciliæ, & Neapolios, Regi Gallorum in manus tradat, ſolis Hiſpaniarum regnis contentus.

Rex verò Ferdinandus poſita Romanorum corona, Bohemia, Sileſia, Moravia, Auſtria, utraq;, & Stiria, & Alſatia exeat. Tirolenſi ſolummodò Comitatu retento: Dux Bavariæ, utramq; Baioariam dimittat, uno Ingolſtadio in titulum comitis accepto; quod tamen militari Principum Proteſtantium Præſidio firmetur. Inſuper Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates univerſi Principatibus, regaliis, Dominiisq; priventur, congrua penſionis annuæ portione à ſecularibus Principibus dotandi, & donandi. Deniq; hi omnes publicum jurent & ſolenne Sacramentum, ſe nullo unquam tempore; nullo prætextus colore quæſito neq; per ſe, neq; per alios reſtitutionem, aut ſuam, aut ſuorum molituros. Hic jam ex te quæro: Si tales tamq; acerbas cõditiones paci ineundæ adhiberent, iisque mordicus inhærerent; utimodò perpetuæ hæreſis impunitati & bonorum Eccleſiaſticorum ceſſioni inhærent: aut quid eo articulo Cæſar Carolus, vel Rex Ferdinandus, vel dux Bavarus, vel Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, &c. aut ſinguli ſeorſim aut omnes unà cogitaturi, quid dicturi, quid facturi forent; aut, quid tu demum ſi rogarere conſilij daturus? An iis conditionibus pacem fœdusq;, vel illi admitterent, vel tu admittendum cenſeres? An Cæſar Germania exceſſurus? An Rex coronas

monas poſiturus? An Principes cæteri ditione omni ultro abituri? An non bellum honeſtum tam fœdæ tamq; indignæ paci præoptarent? An non vires undiq; contraherent, arma viriliter pararent, Cælo Cœlitibusq; omnibus in auxilium vocatis, animoſe in hoſtem tam protervum irent? An non tu ipſe ſuaderes, diceres, urgeres? Irent cum bono Deo ruerent in aciem, cierent audacter prælia; Non defuturum iuſtum Numen, æquiſſimæ Principum oppreſſorum cauſæ. Satiùs eſſe glorioſa morte defungi, quàm adeo fœdæ ſervituti liberam cervicem ſubmittere. Ita equidem ſuaderes, ſi modo Cæſarem Regemq; tuum amas, quod certe facis. Iam ergo vide, quàm verum ſit, quod initio mihi jactabas, non ſupereſſe Cæſari, Regi, Principibusq;, quò diutiùs bellum tolerent, neq; ut rem certiſſimam ſupponere debere, facultates ita eſſe accisas, ut repellendis Turcorum armis, belloq; ſimul quod ab Heterodoxis immineret, ſuſtinendo pares eſſe non queatis.

Nega, ſi potes, ut aliquis à parte veſtra ſit virium defectus, majorem tamen eſſe animi & robuſtæ voluntatis. Nega verum eſſe, nos ſi eodem eſſemus animo & zelo adverſus fidem, Religionem, & bonum Eccleſiæ publicum, quo ſumus erga bona noſtra, & ditiones temporales, nobis poſterisque noſtris ſervandas, nunquam dicturos vires bello ſuſtinendo exhauſtas eſſe. Pacem per illicita media componendam, ſatiusque eſſe partem aliquam ſervare, quam totum hoſtili iniuriæ exponere &c. Hæc ille.

Poſſet hîc equidem quis noſtrum parallelam orationem inſtituere, ac dicere. Finge Suecos eorumq; adhærentes mordicùs dicere atq; ſtatuere, ſe pacem Imperio nunquam daturos, niſi eâ lege atque omine, uti Cæſar pro ſe poſterisq; ſuis Imperio, Hungariâ, Bohemiâ, Auſtriâ, Alſatiâ, totisq; Hæreditariis ditionibus cedat, ſolo Stiriæ principatu retento, Dux verò Bajoariæ & Palatinatu & Bavariâ utrisq; abeat, unico Monacêſi diſtrictu cõtentus, &c. Uterq; verò Filium hæredem, obſidem adverſariis tradat, ſolenni ſacramento palàm dicto, in perpetuum ſe juribus talibus renunciare, neque unquam reſtitutionem in integrum molituros, &c.

Quid, inquam, facerent ? Annon bellum paci tam inhoneſtæ præferrent? ergo non eſt extrema neceſſitas. At ego taceo. Videtint & expendant Politici, ſed Dei timentes, ar quid rei ſubſit. Interim repeto, nihil per ſe & ſuâ naturâ illicitum, ullâ neceſſitate etiam extremè extremâ licitum fieri poſſe: atqui talis eſt pax illa, quæ non modò muros Eccleſiæ, fundosq;, ſed quod peſſimum eſt, animas heterodoxis pervertendas concedit: ergo.

§. 7.

Quædam aliorum objectamenta expenduntur.

NOn libet afferre, quæ Dorſcheus, vel hîc, vel in Invectivâ inconſultè congerit. Quicquid enim à ſæcularibus circa res Eccleſiaſticas attentatur, aut malè ſit, aut, ſi quidem rectè, ut non ſemel contingit, expreſſâ vel tacitâ Eccleſiæ conſenſione ſubſiſtit. Ita Jus patronatus, aut etiam ſubinde decimarum Laicis competit.

Eadem lege in Galliis Hiſpaniisq; Reges Epiſcopos, Abbates, Priores, Canonicos nominant, Matrimoniorum & beneficiorum cauſas cognoſcunt, &c.

Unum verò atq; alterum, quod à Catholicis quibusdam affertur, objectamentum præterire non licet.

Objiciat enim aliquis I. *Laymam concedit Pontificem, propter fœdus cum Confeſſioniſtis in Imperio initum tacitè conſentire in pœnarum contra hæreticos ſtatutarum ceſſationem: Ergo, multò magis conſentit in ipſum fœdus hac ſaltē in parte: Qui enim conſentit in effectū propter cauſam, magis conſentit in cauſam. Cauſa autem cur conſentiat Pontifex in ceſſationē pœnarū, quæ eſt effectus fœderis eſt ipſum fœdus: Ergò, magis conſentit in fœdus, hoc eſt, in Paſſavienſem transactionem. Iam ſic. Atqui etiam propter fœdus modo ineundum abſq; dubio Pontifex facilè conſentiet in ceſſationem & ſuſpenſionem pœnarum, &c. Ergo.*

Pro-

Profectò hæc ratiocinatio tam imperita, quomodo ab homine Catholico & Theologo proficiſci potuerit non video: Pulverem litterarum Logicum non ſapit, neque Muſæum Philoſophicum, multò minùs Theologicum olet. Deus equidem conſentit in punitionem & damnationem hominum ſempiternam, ob adulteria, furta, homicidia, ab illis patrata, tanquam propter cauſam. Ideóne magis in adulteria, furta, & homicidia conſentit? Abſit nefas.

Moyſes conſenſit in conceſſionem libelli repudij, propter duritiam cordis Iſraëlitarum: Ergo magis in duritiam cordis conſenſit? Princeps conſentit in diminutionem vectigalium, propter tumultum & rebellionem inde ortam.: Ego in tumultum & rebellionem magis conſentit? Strategus in traditionem urbis ſibi commiſſæ conſentit, propter defectum annonæ: Ergo in defectum annonæ magis conſentit? Æger conſentit in abſciſſionem pedis propter gangrænam: Ergo in gangrænam magis conſentit? Quid videtur? Adhuc mutire audes illud: Qui in effectum conſentit propter cauſam, in cauſam magis conſentit? Axioma illud in ſola cauſa finali, vel quaſi finali verum eſt, in omnibus aliis fallit.

Exemplum eſto. Qui æger in ſumptionem pharmaci conſentit, quia vult ſanitatem, magis vult ſanitatem quàm pharmacum, talis namq; vult pharmacum, quia vult, id eſt, intendit obtinere ſanitatem. Jam verò aliquis dicat, an Pontifex, cum ſuſpenſionem pœnarum in hæreticos ſtatutarum indulget, propter fœdus Paſſavicum, fœdus Paſſavicum intendit? An ideo vult remiſſionem cenſuræ, quia vult & intendit illud fœdus?

Nemo, ne quidem D. Dorſch, quantumvis in Papam audax maledictor, auſit dicere.

Objiciat 2. *Per illam ceſsionem ab Imperatore & Principibus faciendam, manet integra tamen in re ipſa ſua Eccleſia iurisdictio, & ius ad bona temporalia, & mera Cæſaris hac in re reperitur tolerantia. Ergo non eſt uſurpatio poteſtatis alienæ.*

Itáne verò? An non eximere ſubditos à jurisdictione Eccleſiæ, Epiſcopatus exſtinguere, infeudare, in ducatus ſæculares commutare eſt poteſtatis à Cæſare alienæ? An non poteſtatis Pontificiæ? Quis Cæſari illam unquam dedit?

At

At manet interim à parte rei ſuum Eccleſiæ Ius & iuriſdictio.

Eſto quidem. Ideóne Cæſar, cùm jura illa quoquomodo in Acatholicos transfert non uſurpat alienam poteſtatem? Mi homo; Sicut Cæſar, ſi conferre & beneficia, & ipſos ſacros ordines quoquomodo impertire attentaret, licet in re & effectu nullum neq; beneficium, neq; ordinem ſacrum conferret, tamen diceretur uſurpare & invadere in poteſtatem ſibi non competentem. Ita cum hæreſin perpetuo impunitam eſſe jubet, bona Eccleſiaſtica in Principatus ſæculares erigit & inveſtituram eorundem impertit, cùm veros & legitimos eorum poſſeſſores vi atque armis exigit, ejicit, expellit, etſi hæreticis jus nullum confert, tamen poteſtatem ſibi non competentem verè uſurpat. Et quid eſt, quæſo cur Papa non adeatur? Cur ejus voluntas non exquiritur? Cur conſenſus non expetitur? An non Nuntius Apoſtolicus in oculis auribusque penè ipſis eſt?

Totum ſit ex præſumpta Pontificis voluntate, qui non poteſt nec debet præſumi malle, ut tota Germania pereat unà cum Religione, quam ut pauca monaſteria deſerantur. Ita ne?

Præſumptio ità avidè arripienda, quando Pontificis non procul poſiti, imò in Legato ſuo tantùm non nimis præſentis, expreſſa mens ſciri poteſt? Quis non videt præſumptione vos uti malle, eò quòd vereamini, ne ſi Pontifex interrogetur, palàm vobis contradicat? Non valet præſumptio, ubi de contraria ejus, de quo præſumitur, mente ſatis cõſtat, aut ſaltem facilè cõſtare poteſt. Nos hic dicimus. Verum eſt præſtare pauca monaſteria deſeri, quã totam Germaniam unà cum religione interire? Satius eſſe perire nobis terras quàm animas, cœnum quàm cœlum, regionem, quàm religionem, ſtipem quàm fidem. Id certè Pontifex ultro concedet. An verò hoc tantùm hîc agitur, ut vel pauca quædam Monaſteria, & Epiſcopatus deſerantur, vel ut totâ Germaniâ fides peſſum eat? An in hoc ſolo cardine totum projectæ pacis negotium voluitur? Quod ſi ita eſt, quid opus tam multis? Hoc Pontifici, hoc nobis oſtendatur, monſtretur tantum modò de Monaſteriorum quorundam muris, de Epiſcopatuum reditibus agi, animarum, fidei & Religionis nullum eſſe diſcrimen, & ſtatim ultro manus dabimus, dicemusq; omnino hæc Monaſteria & non tantùm pauca, ſed valde multa. Hæreticorum cupiditati relin-

relinquenda, modò Germaniæ univerſæ Religio, animarumq; Chriſti ſanguine redemptarum ſalus ſalva permaneat. Ad aliud agitur, quod neſcimus quâ ſcientiâ viri Catholici, & qui Theologi videri volunt, diſſimulare poſſint.

Jugulum Religionis petit pax illa, & univerſæ fidei Catholicæ brevem in totâ Germania interitum certiſſimò machinatur.

At iura concedunt Teſte Felino de conſtit. in c. acceſſiſſent. nu. 21. S. Thom. 2. 2. q. 88. a. 2. & q. 178. a. 4. propter neceſsitatem urgentem poſſe valide actum expediri ſine conſenſu eius, qui aliàs deberet requiri.

Quod Felinus doc[illegible] nihil juvat. Dicit præſumi poſſe de voluntate ſuperioris cùm neceſſitas [illegible]get, quæ moram non patitur, & ille non adiri poteſt. Quid hoc ad noſtrum inſtitutum? An Pontifex adiri non poteſt? An non Nuncius ejusdem adeſt, intereſt, ſcribit, loquitur, dehortatur, proteſtatur & ſe contra proteſtaturum, ſi ea pax concludatur, apertè præ ſe fert?

Quæ iſta imprudentia eſt?

Proteſtetur ac Papa & Nuncius Papæ, tamen non proteſtabitur.

An non hæc quædam inſania eſt? *Non proteſtatur, neque debet præſumi quod proteſtetur Nuncius contra id quod iuris naturalis eſt. Videndus Abbas in c. ex tenore. nu 6. in ſumm. de teſtibus. Bartolus in L. non ſolum ff. de novi op. nunc. §. morte nu. 42.*

Sit hoc ita, ne iam hîc de Abbate & Bartolo, quâ fide laudentur, moneamus.

Quid deinde? *Atqui iuris naturalis eſt, ut ad conſervandam Religionem Catholicam in Germania quædam non fiant, in quæ ſummus Pontifex poteſt conſentire, ſed & cenſeri debet revera conſentire tanquam verus & prudentiſſimus Paſtor, qui ad aſſerendam ſalutem animarum, & vitandam earum ruinam permittit & facit, quod licitè permittere & facere poteſt in tanta neceſsitate.*

Quam egregie! Volunt dicere Pacem projecti non eſſe illicitam jure naturali, imò in hoc rerum afflictarum articulo eſſe juri naturali conſentaneam.

G At hoc

At hoc non dicendum,ſed probandum erat. Certè Nuncius Apoſtolicus & Pontifex judicant illam pacem intrinſecè eſſe inhoneſtam, & eo ſolùm nomine contra eam proteſtantur,& fieri vetant, nunquam, ſi illo modo honeſtari & per conſcientiæ leges tolerari poſſet, in tam ſupremâ Catholicorum gementium neceſſitate contra proteſtaturi. Quis verò jam te judicem ſuper Pontificem ejusq; Nuncium conſtituit, ut quod illi jure naturali illicitū putant, tu licitū defendas, & cùm illi palàm proteſtētur,tu tamen minimè proteſtari poſſe,aut debere,aut velle,interpreteris? aut cui in hoc negotio fidem adhibebimus? Tibine, qui dicis in Pacem illam utpote minimè jure naturali illicitam, neq; Papam, neq; Nuncium proteſtari? aut verò Nuncio,qui palàm,geſtu, voce,ſcripto, reſignificat, ſe ei paci projectiſſimæ, tanquam illicitæ in [illegible] am acerbæ neceſſitatis, quam minimè ignorat, contradicere & pe[illegible]vè adversùs proteſtari? Sciat orbis Nuncium Apoſtolicum, Monaſterij præſentem, expreſſis in Mandatis habere, Paci illicitæ, qualem hanc eſſe non obſcurè, ſed clarè præ ſe fert, auctoritate Apoſtolicâ ſeſe totis viribus opponere. Audiat quid Anno recens elapſo 27.Septemb.Monaſterio perſcripſerit.

Projectum Pacis, in quo enormia Catholicæ Religionis damna continentur,neq; à Cæſareis,neq; à Gallis mihi oblatum eſt,quod, aut non recepiſſem, aut laceraſſem illico,& coram. Quotidie obſecro & increpo, pro conſervatione omnium bonorum Eccleſiaſticorum, Archiepiſcopatuū, Abbatiarum,Monaſteriorum, beneficiorum, quæ & acriter impugnantur & imbecillè defenduntur à Politicis, ſuis magis intentis,quàm quæ Dei ſunt. Hæc ille.

Eant nunc Anterneſtini & ſibi vel nobis perſuadeant, Nuncium Apoſtolicum paci projectæ tanquam de ſe illicitæ non contradicere, dicant,ſi poſſunt ſe virtualem Papæ in hoc negotio Conſenſum habere.

Objic. 3. *Quid ſi ſint aliqui Catholici (nam de hæreticis non eſt cura) qui dicant Cæſarem in bona Eccleſiæ ius habere. Si ius iubet faciet Iniuriam,neq; uſurpator erit poteſtatis alienæ.*

Præclare! Si Jus habet. Nimirum diruerer cœlum. Quinam verò illi aliqui, qui dicunt Cæſari jus competere in bona Eccleſiæ temporalia? Laudentur nominatim oſtendant jus ſuum Judicio Theologorum

rum Publico, videamus Novitios illos & adhuc à recenti prælomuſteos Doctores, qui toti antiquitati Catholicæ obloqui audent, qui ſedem Apoſtolicam vetere juris uſu & legitimâ poſſeſſione deturbare, qui poteſtatem uni hactenus Pontifici, omnium Canonum Doctorum, populorum, Regum, Imperatorumq; piorum, Conſenſione conceſſam, & reſervatam, è manibus illius eripere, & Cæſari, ratione tam nullâ, exemplo inter bonos inaudito, audaciâ intolerandâ, pervicaciâ penè hæreticâ aſſerere & vindicare moliantur, hæreticorum & ſchiſmaticorum hominum illa fuit ſententia.

Aliter credidit vetus ante nos ætas, quæ S. Thomam Cantuarienſem, cùm pro defenſione immunitatis Eccleſiaſticæ ab Henrico Angliæ Rege trucidatus fuiſſet, in Martyrum divorum numerum retulit.

Si hodie ſanè quis Epiſcopus Regi vel Imperatori, Eccleſiaſticas perſonas ad ſupplicium poſcenti, ſi clericos ad tribunal ſæculare vocanti, ſi reditus Epiſcoporum vel Abbatum ſibi arroganti reſiſteret, & cauſæ tam piæ acjuſtæ immoreretur, præclari hi ſcilicet Theologi, non Martyrem, ſed jure cæſum pronunciarent. O Catholicos!

Objic. 4. *Imò Catholici quidam ſic probant.*

1. *Epiſcopatus manent pars imperÿ, & ad onera eiusdem ferenda tenentur. Eccleſiaſtici etiam principes quotam ſuam in bello contra Turcos, vel alios Imperÿ hoſtes gerendo debent.*

Rectè habet eo jure & conditione, Papâ vidente & conſentiente, Principatus illi Epiſcopis olim conceſſi & donati. Quare, quod eo modo & jure petitur, Eccleſiæ conſenſione petitur & datur.

2. *Lex Naturalis dictat, ut bona quæcunq; temporalia bono Reip. communi ſemper deſerviant. Quare, quando ita paci publicæ conſtituendæ neceſſarium eſt poteſt & debet Princeps, bona privatis eripere, & ad uſum talem expendere, & tenetur non modò privatus non reſiſtere, ſed & tenetur Princeps ſub peccato mortali ita agere. Atqui bona Eccleſiæ hoc tempore ſunt neceſſaria paci huic publicæ conſtituendæ, cùm Proteſtantes eam aliter concedere non velint, niſi illa concedantur: Ergo tenetur Imperator ſub peccato mort. tradere, & Epiſcopi omnino contradicere & reſiſtere non poſſunt.*

Diſtinguo Majorem. Si ea bona Principi ſubjecta ſint: Concedo; ſi extra ejus ditionem & poteſtatem poſita; Nego. An Rex Hiſpaniæ bona ſubditi ſui, quæ in Galliis ille poſſidet illi eripere & neceſſitati publicæ impendere jure poteſt? Quis dicat? Iterum ſi ea pax honeſta eſt & ſaluti animarum non obſiſtit: Eſto; Sin & turpis, de ſe illicita, impia. Nego majorem. Talis autem pax projecta, &c.

Inſtas 1. *Etravag. Pauli 2. Ambitioſæ, non eſt recepta in Germania: ergo hæc non obſtat Cæſari.*

Reſp. Non invenio Auctorem, qui dicat non eſſe ſimpliciter receptam in Germaniâ, præſertim quo ad invaliditatem alienationis.

2. Scimus uſu, alienationes in Germaniâ abſque ſcitu Papæ factas, fuiſſe poſt multos annos per ſententiam Papæ reſciſſas; ergo quo ad hoc eſt recepta.

3. Eſto, non ſit recepta, non propterea habet Cæſar & Epiſcopi poteſtatem alienandi bona Eccleſiarum non ſua Demus legem, ambitioſæ, non ligare Archiepiſcopum Salisburgenſem, ideóne poteſt ille validè alienare Epiſcopatum Mindenſem? non credo.

Inſtas 2. *Bona illa Eccleſiarum temporalia aliquando fuerunt ſæcularium. Ita & ea lege tranſcripta ſunt Eccleſiæ eiusq; miniſtris, ut ſi ea temporum neceſſitas incidat, ut iisdem publica Eccleſiæ pax redimi poſſit, planè Imperatori & Regibus ſubdita ſint & ab iisdem in eum finem expēdi & poſſint ac debeant. Atq; hanc fundatores mentem niſi habuerunt graviſſimo contra legem naturalem ſe crimine obſtrinxerunt.*

Bona verba viri. Primùm, eſto, lex & ratio naturalis exigat, ut Paci publicæ redimendæ, cum neceſſitas imminet, ſervire debeant, non ſequitur ſanè Imperatori ſubjacere debere. Satis eſt ſupremo Chriſti in terris Vicario ſubdi, cujus erit, perſpecto tali caſu, ut ſic à Regibus expendantur, conſentire. Credibile verò eſt fundatores ea bona, cùm ex vi donationis ſuæ voluerint eſſe bona Dei, voluiſſe etiam deinceps ſubjici dominio & juri, non equidem terreni Principis, ſed illius, qui ex inſtitutione divinâ eſt Vicarius ipſi Dei, nimirum Pontificis, cujus proinde munus erit, talem neceſſitatis articulū expendere, eoq; cognito, conſenſum præſtare. Ergo, ſi ſine eius nutu & cōcilio res peragitur, juſtæ fundatorū voluntati con-

e ōtravenit, & poteſtas aliena invaditur. Præterea, ſi de mente pientiſſimorum majorum noſtrorum exquiratur, facilè conceſſero, talem extitiſſe, ut vellent in caſu neceſſitatis ſupremæ, ad redimēdam Eccleſiæ vexationem, ad pacem & concordiam inter Principes conſiliandam ſervire, ea, quæ Eccleſiis Dotis nomine conferebant; Siquidem ea honeſta, licita, & neceſſaria animarum bono forent. At verò, ut expendantur in Pacem Projecti, illicitam bono Religionis contrariam, fidelium ſaluti adverſam, ut ex eorū proventib. Magiſtri hæreſeon ſuſtentētur, ut reditus in profaniſſimos uſus expēdantur, ut domus Dei ab iis ædificata in equilia, bovilia, &c. tranſmutentur, quis credat illis in mentem unquam veniſſe? Certè; ſi ita fecerunt, graviſſimo contra legem naturalem crimine ſe obſtrinxerunt:. Atqui hoc de iis vel ſuſpicari pietas vetat: Ergo.

SUBSECTIO V.

Quintum Erneſti Argumentum.

§. 1.

Pax ejusmodi repugnat officio & obligationi Cæſaris, ſtatuumq; Catholicorum maximè Epiſcoporum.

ILla pax repugnat officio & obligationi Cæſaris & Epiſcoporum, quæ jubet, ut Cæſar & Epiſcopi faciant, & ſe facturos jurent ea, quæ juramento, quod legitimum Eccleſiæ præſtiterunt repugnant. Atqui talis eſt pax projecti: Ergo. Probo Minor. Pax jubet cooperari Cæſarem & Epiſcopos

tum directè tum indirectè ad propagationem, conſervationem & defenſionem hæreſis, expulſionem fidei, occupationem bonorum Eccleſiaſticorum, cùm tamen Cæſar jurarit.

Se de cætero protectorem & defenſorem fore ſummi Pontificis, & S. Romanæ Eccleſiæ in omnibus neceſſitatibus & utilitatibus eius, cuſtodiendo & conſervando poſſeſſiones eius, honores, & iura, quantum divino auxilio poterit, ſecundùm ſcire & poſſe ſuum, rectâ & purâ fide.

Epiſcopi verò inter cætera Sacramentum dixerint: *Se iura & authoritatem Rom. Eccleſiæ & Pontificis conſervare, defendere, promovere velle. Neq; futuros in Conſilio ſeu facto, ſeu tractatu in quibus contra Pontificem, vel Eccleſiam Rom. aliqua ſiniſtra ſeu præiudicialia machinentur; hæreticos, ſchiſmaticos, rebelles pro poſſe perſecuturos & impugnaturos, poſſeſſiones ad menſam ſuam pertinentes, nullo modo alienaturos, &c.*

Quæſo, per Deum Immortalem, Romanam Eccleſiam protegere, defendere, conſervare ejus poſſeſſiones, honorem & jura rectâ & purâ fide, non eſſe in conſilio, facto, tractatu, in quibus aliquid præjudiciale Pontifici conſtituendum ſit; hæreticos, ſchiſmaticos, rebelles, pro poſſe perſequi, & impugnare, &c.

Annon repugnant cum iis, quæ pax jubet juratq;, nimirum, Monaſteria, Epiſcopatus, Archiepiſcopatus in perpetuum juri Romani Pontificis, ipſo nolente, contradicente, & per Nuncium ſuum adverſus Proteſtante, ſubtrahere, in ducatus ſæculares erigere, Acatholicis tradere, paciſci ut liceat ſacerdotes & concionatores Catholicos exigere, ſubditos vel ad hereſin adigere, vel nolentes adigi exilio, & fortunarum parte multare, repugnantes Catholicos, vi, armis, banno, morte etiam perſequi & impugnare? Quisquis hæc ſibi è diametro opponi non videt, in meridiano profecto jubare cæcutit.

§. 2.

§. 2.

Reſponſa Dorſchei examinantur.

OPponit Prædicans Anticriticus, an Antichriſticus? Olim tempore Caroli Magni, qui Primus ab Pontifice Imperium accepit, & eo advocatiæ juramento ſeſe obligavit, non habuiſſe Pontificem eas quas nunc habet in univerſam Eccleſiam prætenſiones, multùm etiam degeneraſſe. R. Eccleſiæ ſtatum ab illo priſcorum temporum ſimplicitate & ſanctitudine. Olim beatam, in multis ſanam, virginem bonæq; famæ, nunc incidiſſe in infirmitatem & fornicationem.

At more ſuo prædicans & calumniatur & ineptit. Calumnia alterius eſt loci: Ineptia in eo conſiſtit, quòd D. Dorſcheus altercationi huic, quæ Erneſtum inter & quoſdam Catholicos agitatur, interveniens ea, quæ ab utraq; ut certa ſupponuntur importunè & impertinenter in dubium vertit. Defectus hic eſt ingens judicij, illo modo oppugnare Judicium Theologicum Erneſti, ut utare argumentis ex Hæretico penu depromptis. Status quæſtionis in Judicio Theologico propoſitæ eſt hic: An juxta principia & doctrinam Catholicorum pax ea, quæ à Proteſtantibus deſideratur, à Catholicis acceptari & jurari poſſit: non autem, utrum Proteſtantes ſalvis ſuis dogmatis eam & proponere & acceptare queant. De hoc poſteriori nulla Erneſto cura, ſed ne vel cogitatio quidam incidit.

Si hoc Prædicans intellexit, quid extra Chorum ſaltitando toties ineptit? Si non intellexit, cur non priùs alios ſe doctiores conſuluit, ut re meliùs perſpectâ à ſtulto & inani labore abſtineret? ſed voluit homo contentioſus, & πολυπράγμων librum non parvum obtrudere, & ſuis, & Pontificiis admirandum; hiſce equidem ob ineptiam, illis ob magnitudinem. Audivimus hiſce diebus, qui diceret, Dorſchei Anticriticum librum, perſimilem ſibi videri Almanacho, ex quo ſi errores & mendacia & ea, quæ ad rem nihil faciunt ſuſtuleris præter inane involucrum retineas nihil.

Nam

Nam, ſi ea omnia, ajebat, detrahas quæ ille ex alienis libris & chartis exſcripſit, quæ falſa ſunt, quæq; ſive vera, ſive deniq; falſa, ad propoſitam quæſtionem & inſtitutum Erneſti planè non ſpectant, vix reperias aliquid quod legas. Ita ille.

Opponit 2. Dorſch. contra juramentum Cæſaris.

1. *Iuramentum advocatiæ non aliter Eccleſiæ & Pontificis defenſionem exigit, quàm antiquiſſimo more, etiam non recepto iuramento uſitata fuerat.*

Eſto; nihil ad rem; niſi ad implendam papyrum.

Antiquiſſimo more Chriſtiano receptum erat, ut Cæſar Eccleſiam tueretur.

2. *Iuramentum non obligat ad impoſſibilia.* Ita, mi homo.

3. *Neq; in caſu neceſſitatis.* Ita: ſi extrema ſit.

4. *Neq; cum certò conſtat defenſionem nihil profuturam.* Bene habet.

5. *Neq; ad everſionem propriam.* Etiam bene.

6. *Neq; ita obligat, ut obligatio ſit impeditiva majoris boni, aut accelerativa majoris mali.*

Perge: quid iſta tot exſcriptis auctoribus, & alieno labore comprobare niteris? Quid infers ergo? Imperator poteſt non obſtante juramento polliceri modò pacem projecti? Bruta conſequentia. Pax projecti jubet jurare, ſe non protecturum Eccleſiam R. neque recuperaturum jura & bona illi ablata, ullo unquam tempore, abſolutè & incondicionatè ſimpliciter, inq; perpetuum, hoc eſt, etiam tunc, cùm neceſſitas ceſſabit, cùm defenſio profutura foret, cùm ſine everſione propriâ, ſine impedimento majoris boni, ſine acceleratione majoris mali, ſuſcipi poſſet.

Ubi nunc conſecutio tua D. Dorſch? in puteum cecidit. Vah! ut falluntur Argentinenſes, ſi exiſtiment Dorſcheum eſſe virum doctum.

7. *Iuramentum illud advocatiæ non obligat contra legem civilem.*

Certè ſi qua lex eſſet civilis, huic Sacramento Imperatorio adverſa, ſine dubio non ſolveret à nexu Sacramenti Imperatorem, qui eſt ſupra omnem legem civilem.

Opusne

Opúsne eſt tibi probē, Cæſarem non teneri Legibus Cæſareis? ſed nolo tuo more ineptire & actum agere. Res clara eſt. Sed tamen demus tibi aſſumptum.

Subſume: atqui juramentum advocatiæ eſt contra legem Civilem? Quid hæres? Subſume: oſtende edictum, cita legem, profer Ius, quod vetat, Pontificem ejuſq; juriſdictionem defendi, poſſeſſiones conſervari, honores & jura protegi. *At lædit bonum publicum & leges de illo diſponentes.*

Hoc jam antè dixeras. Quid eandem incudem tundis tantologe? Falſum eſt hoc.

8. Obiectum illius juramenti eſt obſcurum & controverſum, ideoq; Imperator rebus ſic ſtantibus vix ſe poterit in illam defenſionem immiſcere.

Objectum illius in multis eſt clarum, nobis præſertim Catholicis. Objectum eſt jurisdictio in Epiſcopos & omnes Chriſtianos, confirmatio præſulum, palliatio Archiepiſcoporum, jus præcipiendi fidelibus, canones & decreta ſanciendi, honor, fama, dignitatis ſtatus illæſus; de his ergo Cæſar defendendis ſe immiſcere tenetur, &c. Quòd ſi aliqua etiam Pontificis jura controvertuntur & incerta ſunt, tamen vi juramenti, à parte Pontificis ſtandum eſt Cæſari, niſi quid aliud obſtet. Annon Vaſallus qui Principi ſuo militare ſervitium juravit, etiam jure controversâ Principi ſuo opem præſtare tenetur. Quid verò hîc ad rem diſputare de valore donationis Conſtantini Magni? nihil, nihil: niſi ut oſtendat ſe Dorſch ſui ſemper ſimilem extra oleas ſpatiari.

9. Iuramentum illud, ita interpatandum eſt, ne priori iuramento contrarietur: Atqui Cæſar prius iurat Ordinibus ſe pacem & libertatem Religionis in Imperio conſervaturum: Ergo iuramentum Pontifici præſtitum eſt nullum: Ergo fruſtra illud urget Erneſtus.

1. Cæſar non juravit ordinibus ea omnia quæ projectum pacis exigit. Nimirum, ut reſervatum Eccleſiaſticum tollatur, ut Epiſcopatus & Archiepiſcopatus, Monaſteria poſt Paſſavienſem tranſactionem occupata alienentur in perpetuum, & in Principatus ſeculares convertantur, ut autunomia omnibus concedatur, &c. Ergo quoad hæc juramentum

Pontifici poſtea juratum tenet, & valet argumentum Erneſti, quicquid ſit de Pace religionis olim concluſâ.

2. Iuramentum poſterius debet prioris vigorem retinere. Diſtinguo, ſi prius licitum & honeſtum eſt : Concedo ; Si illicitum, inhoneſtum : Nego. Iuramentum non eſt vinculum iniquitatis : Atqui Pax religionis eſt iniqua.

10. *Iuramentum illud ex ſenſu capitulationis eſt accipiendum : in qua continetur & relaxatio eiusdem facta ab Electoribus Proteſtantibus, & cenſura Pontificiæ poteſtatis, & pax religionis Anno 1555. conſtituta.*

Ego verò nego ita accipiendum, niſi quando capitulatio nihil continet bonis moribus & æquitati contrarium. Nego illam capitulationem ab omnibus Electoribus unanimi conſenſu factam. Nego legitimam in eâ contineri relaxationem. Subditi, quales omnes Chriſtiani ſunt, non poſſunt relaxare obligationem quam ſuperior Pontifex exigit & imponit. Neq; ideo Imperator juramẽto non adſtringitur quia vnus alterve Electorum juramento intercedit, & negat illum obſtringi velle. Nego in ea contineri veram cenſuram Pontificiæ poteſtatis. Oves cenſeant paſtorem & ſupremũ quidẽ? Quid eâ re iniquius & rationi adverſũ magis? Imò nego vel ullam apparentẽ reperiri cenſurã. Dicit enim Carolus V. cuius capitulatio laudatur, quosdam eſſe (uti quidem ad ſe referatur Als wir bericht) in curiâ Romana abuſus poteſtatis, qui in præjudicium vergant jurium Imperii, ea propter ſe acturum cum Pontifice, ut ſublatis ſi qui fuerint, res ad antiqua concordata & jura revocetur. Eſtne hoc cenſere poteſtatem Pontificis? O puerilem futilitatem, cenſoriâ virgâ dignam!

At audio Prædicantem è miſſali & Pontificali Romano muſſitantem. *Rogatur Deus*, inquit, *ut concedat Imperatori triumphum, potentiam, virtutem, &c. In omnibus iſtis precibus nulla dependentia poteſtatis Cæſareæ à Papa fundatur. Imo potius Papa Imperatorem pro ſuo Imperatore & principe agnoſcit, & precatur illi poteſtatem clavium Petri, &c.* Quæſo nonne hæc næviæ ſunt? Apage ſycophantias Prædicanticas. Relinquat nobis D. Dorſch Breviarium, Miſſale, Pontificale, domeſticâ ſuâ poſtillâ contentus. Preces Pontificiæ tribuunt Imperatori poteſtatem, in Eccleſiam protectionem tantùm. Hic genuinus

casum

earum ſenſus eſt;cætera nugæ, non ex hominis ſapientis cerebro,ſed ex caudice vel medullâ braſſicæ prognatæ.

II. *Iuramentum advocatiæ Eccleſiaſticæ, ita interpretandum eſt,ut quantum fieri poteſt,ſervata verborum proprietate minus obliget iurantem : Ergo defenſio Eccleſiæ Romanæ in illo expreſſa debet referri tantum ad perſonam Pontificis,& eius diœceſim quæ Romanæ Eccleſiæ & Vrbi intra Italiam competit. Hæc enim etiam vocatur Eccleſia Romana.*

O ineptam! Reſtringenda eſt juramenti obligatio cum dubia eſt; Ita,atqui Imperatorii Iuramenti non eſt dubius in hac materiâ ſenſus. Ad Eccleſiam Rom. univerſalem extenditur complexus. Ita Pontifex, in cuius favorem exigitur,ita Cæſar qui præſtat,ita Electores Catholici, & Epiſcopi præſentes, qui nomine Eccleſiæ recipiunt,ita omnes populi intelligunt,& hactenus intellexerunt. Neque ulli hominum, qui ratione utatur & Macchiavelli pſeudopoliticiſmo infectus non ſit, in mentem unquam venit, aliter illud advocatiæ juramentum quàm de Eccleſiâ Catholicâ univerſim interpretari.

At iuramentum illud Epiſcoporum novitium eſt, ab antiquioribus minimè uſitatum. Eſto : quid ad rem? Ergone non obliget? ſi tu hodie rem aliquam juratò pollicearis, nonne tam Sacramenti religioni teneris adſolvendum, quàm ſi ante quinquaginta annos promiſiſſes? At juramentum recens eſt. Scilicet id impedit *Sed præiudicat iuribus antiquis Imperii & Epiſcoporum.* Fruſtra es mi homo. Catholici omnes negamus præiudicare. Ex horum ſententiâ argumentatur Erneſtus.

Traducuntur Auguſtiſſima Imperii comitia, quod fuerint tractatus,& Conſilium machinationibus contra Pontificem & Eccleſiam Romanam deſtinatum.

Non traducuntur eo nomine ab Erneſto. Non dicit ad illum finem à Principibus fuiſſe deſtinata : Abſit. Alio fine pacti ſunt Principes, paciſcendo tamen Pontificis & Eccleſiæ jura incautè læſerunt. Pactum meritò damnat, paciſcentes ignoratione, non juris, ſed facti, ut poteſt, excuſat.

§. 3.

Obiicit nonnemo Catholicus contra Erneſtum.

V*Erum eſt quod Cæſar pro virili teneatur defendere & promovere religionem Catholicam, hæreſin tollere.* Benè eſt. Hoc jam Catholicum olet. Audiamus cætera.

Atqui hoc ipſum præſtat, ubi non impeditur ex pacto, aut alia cauſa legitima. At qui pactum, quod illi juramento contrariũ eſt, abſq; periurio iniri non poteſt, neque ſi fiat, poteſt excuſare. Iuret aliquis Cæſari fidem. Deinde paciſcatur cũ Turcâ de fide Cæſari non præſtandâ: An ille jure fidem Cæſari non præſtat? At qui tu dices, *præſtare, ubi non impeditur ex pacto.* ſcilicet: Quod de causâ legitimâ obtenditur, ut aliqua eſſe poſſit, quæ Cæſarem pro aliquo tempore excuſet, ut protectionem Eccleſiæ intermittat, certè nulla poteſt excogitari legitima, ut Confeſſioniſtis juret ſe nullo unquam tempore Eccleſiam defenſurum, ſe hæreſis libertatem in perpetuum indulturum, ſe permiſſurum ut palàm in Imperio doceatur Papam eſſe Anti-Chriſtum, ſe Abbatias, Epiſcopatus, Archiepiſcopatus in Ducatus temporales erigi paſſurum, inveſtituram eorundem conceſſurum, imò eos qui obſtiterint (annon etiam ſi ipſe ſit Papa?) vi atque armis repulſurum. Pergit nonnemo.

Iuramentum Cæſaris & Principum Catholicorum de defendenda ſede Apoſtolica & Eccleſia Romana manet ſalvum. Quomodo? *Nam per pacem non iurat Cæſar, aliique Catholici ſe non adiuturos Romanum Pontificem contra Confeſſioniſtas, ſi eum via aggrederentur, aut Romanæ Eccleſiæ poſſeſſiones, ſed manet ipſis tali caſu poteſtas Romanæ Ecc. & S. D. N. opem ferendi.*

Viden? ut homo hîc egregiè cum Prædicante Dorſcheo conveniat? Quis Catholicum credat? Itáne Majores noſtri illud juramentum incl-

intellexerunt,ut tantùm id exiguam Italiæ partem referrent, & intra Romanæ vrbis aut mœnia aut pomeria concluderent? An credibile eſt Pontificem à quo juramentum illud exigitur, ſuæ tantùm vrbi atque diœceſi, & non potiùs toti quantùm poſſet terrarum orbi, cuius ille œcumenicus eſt paſtor, proſpicere voluiſſe? Nunquid ſic ipſe fateris ex juramento illo teneri fidem catholicam pro virili ſuâ parte tueri? An ergo fidem tueri tenetur in diœceſi & urbe Romana tantùm? An non in toto quà ei ſubeſt imperio? Pudeat hominem Catholicum tam levia comminiſci.

SUBSECTIO VI.

Sextum Erneſti argumentum.

§. 1.

Pax eiuſmodi eſt fruſtratoria, & bello periculoſior.

1. FRuſtratoria eſt illa pax, quæ non tenet, & quæ ex neutrâ parte obligationem inducit, ideoque pro libitu diſſolvi poteſt: At qui pax proiecti eſt talis: Ergo. Probo Minorem. Pax quæ hæreſi directè & indirectè cooperatur, in iniuriam Dei, contra juramentum, de ſe illicita & inhoneſta, nullam obligationem inducit: Pax Proiecti, id facit, ex dictis: Ergo.

2. Illa pax eſt bello periculoſior, à quâ Catholicis inermibus plùs imminet periculi: Atqui à pace cùm hæreticis eo modo ineundâ plùs imminet periculi: Ergo. Minorem probat Hæreſis natura, quæ cùm fidem DEO debitam irritam faciat, quomodo præſtabit hominibus?

Probat Hæreticorum ſenſus in nos, odiumque quo flagrant in fidem Catholicam, toto paſſim Imperio, ſi poſſent, extinguendam; probant quotidianæ Prædicantium Voces, Scripta, libri, quibus nos, etiam Cæſarem, Regeſque Catholicæ fidei addictos, Romanæ meretricis aſſeclas, antechriſtianos, Antichriſti ſocios, idololatras, ſacrilegos, homines, imò canes, diabolicos, terrâ cœloque indignos faciunt. Probat deniqúe experientia & uſus irrefragilis, eos nullis ſtare conventis nobiſcum circa hoc negotium initis. An non promiſere Anno 1655. reſervatum Eccleſiaſticum, ut bona Eccleſiaſtica ad immediatos imperii ſtatus pertinentia non occuparēt, & ſiquæ occupaſſent, judicio repeti ſinerēt? ut deinceps Catholicis reditus, cenſus, & penſiones ſalvæ manerent? hæccine præſtiterunt? Certè, contra hanc pacem viginti ferè partim Epiſcopatus, partim Principatus Eccleſiaſticos, abbatias plurimas, beneficia innumera invaſerunt, neque de iis reſtituendis ulla unquam apud illos cogitatio ſuſcepta. Audivimus nuper Virum Principem extraneum, rerum Germanicarum longo uſu ſcientem, qui diceret: Sibi videri ad conciliandam Imperio pacem planè eſſe neceſſarium, ut Epiſcopi in ordinem redacti, Principatus deponant, portione aliquanta, ſed modica contenti, more Epiſcoporum in Italiâ Galliaque: Non enim qui& viros unquam Acatholicos, quamdiu Sacerdotibus ſuperſint tantæ divitiæ, quas eripere poſſint.

§. 2.

Obtenſiones frivolæ Dorſchei audiuntur.

O*pponit* I. *Erneſtum cum Burchardo & ſimilibus magna temeritate Principes Auguſtanæ Confeſſionis culpare.*

Non culpat temerè qui veritatem dicit, absque contumeliâ. Tu in formâ reſponde Prædicans. Verúmne dicit Erneſtus, cùm aſſerit Principatus Eccleſiaſticos, Monaſteria & beneficia, & reditus Catholicis contra Paſſavienſem conventionem erepta, & non reſtituta, vel non? ſi verum dicit, cur illum culpas? veritas ſi odium parit, non tamen iniuriam facit.

facit. Si falſum. Cur non oſtendis? Cur taces? Cur non negas Epiſcopatus illos contra fidem datam occupatos? at audio.

Opponit 2. *Reſervatum Eccleſiaſticum ab Imperatore Ferdin. I. ex plenitudine poteſtatis abſque conſenſu utriuſque partis conſtitutum, Confeſſioniſtas non acceptaſſe, contra proteſtatos, fidem ſuam minimè illi adſtrinxiſſe, & per conſequens, minimè periuros aut fœdifragos proclamandos.*

Reſpond. 1. Non omnia bona Eccleſiaſtica reſervato continentur. Atqui ex iis plurima Confeſſioniſtæ poſt Paſſavienſem contractum eripuerunt: ergo in iis fidem fregerunt.

Reſp. 2. poſito, non conceſſo, reſervatum Eccleſiaſticum ab Cæſare, ex ſolâ poteſtatis plenitudine, contradicentibus & proteſtantibus contrà Confeſſioniſtis ſtatutum eſſe, Non tamen poſſunt Confeſſioniſtæ quicquam obtendere, ſed planè inanis fuit illorum proteſtatio. Ratio eſt! Quando notorium eſt alicuius poſtulationem inanem & iniquam eſſe, cò quòd in nullo planè jure fundetur, tunc equidem ſummus qui rei præeſt publicæ Magiſtratus poteſt & debet, petitione & proteſtatione non obſtante, poſtulationem repellere, neque poteſt ille ſic repulſus reſiſtere aut ampliùs inſtare. Hoc enim Iudicis munus eſt, etſi in tali articulo, proteſtatio illius qui iniquum poſcit, recipi & audiri deberet læderetur Iuſtitia. Proteſtatio nihil operatur in caſu quo quis conſentire deberet. Vt habetur in l. Neſennius. 34. juncta gl. Ver. conveniret. ff. de neg. Et fatentur D.D. in l. Papin. 14. ff. de Publicianâ in rem actione. Et in l. ſi maior. 13. C. de reſcind. Vendit. Quòd proteſtatio non habenti jus proteſtandi, non officit contractui: Atqui notoriè clarum fuit, quòd Confeſſioniſtæ nullum habuerint jus in beneficia immediatè Imperio ſubiecta, etiamſi is qui ea poſſidebat deſertâ fide Catholicâ ad Auguſtanam Confeſſionem ſe reciperet: Ergo. Probo Min. quia toto orbe Chriſtiano notum erat, uti & modò notum eſt, quòd, juxta c. ut commiſſi. De Hæreticis. in 6. c. diverſis. de Clericis coniugatis & alia jura, ſi quis etiam prælatus à fide Catholicâ alienus fiat, & ad hæreticos transfugeret, præſertim ſi ſpreto cœlibatu ad coniugium progrederentur, eo ipſo, omni beneficio privarentur, ita ut collatio, præſentatio, vel libera electio ad eos devolveretur, quibus id antiquo jure competebat, non aliter atque ſi beneficium illud per mortem vacaret. Ergo notum erat talibus transfugis nihil eſſe juris in beneficia.

2. Quan-

2. Quando à tempore immemoriali aliquis pacificam juris poſſeſſionem obtinuit, debet à ſupremo Magiſtratu in eâ defendi, ita ut ne adverſa quidem pars ad contradictionem aut proteſtationem unquam admittatur: Atqui à conditâ in orbe noſtro fide, tempore plusquam immemoriali, longè antequam Confeſſioniſtæ prodiiſſent, fuerant Catholici in pacificâ eius juris poſſeſſione, ut beneficia & prælaturas, eorum qui à Religione Catholicâ deficerent, aliis ſtatim conferrent: Ergo Imperator ex officio ſummi Magiſtratus debuit Catholicos in illâ poſſeſſione tueri, neque proteſtationem adverſariorum ullam admittere.

Ergo ſi qua proteſtatio tamen facta fuit, ſupervacanea & inanis fuit.

Reſpond. 3. Nego Confeſſioniſtas in Reſervatum non conſenſiſſe. Proteſtati equidem fuerant initio, poſtea tamen, cùm Ferdinandum Regem nullo modo à conſtantiâ mentis divellere poſſent, omnino aſſenſam præbuerunt, & paci Religionis inſeri permiſerunt. Probant hoc acta & protocolla comitiorum anni 1555. quæ in Cancellariâ Cæſareâ Imperii aſſervata viſuntur, in quibus ad memoriam hominum ſempiternam hæc res conſignata manet, uti teſtatur edictum Ferdinandi II. glorioſiſſimæ memoriæ Imperatoris, publicati 6. Martij 1629. Hiſce verbis. Neben deme/ſo weiſen die Reichs-acta, vnd Protocolla ſo vber der behandlung dieſes Friedens in vnſer Reichs-Cantzley vorhanden / daß zwar anfangs zwiſchen den Catholiſchen vñ Augſpurgiſcher Confeſſion-Verwandten / vber dieſen Puncten ein groſſe diſcrepantz geweſen / vnd die Augſpurgiſche Confeſſions-Verwandten/in ſolchen Vorbehalt nicht einwilligen wöllen/ als aber hingegen die Catholiſche von denſelben nicht weichen/vnd eher lieber den Religion-Frieden mit einander fahren laſſen wöllen/vnd darauff vnſer geliebter Vorfahr Käyſer Ferdinand, ſeeligen Angedenckens/viel wichtig vnd treffliche Vrſachen den Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten vorhalten laſſen / welche ſie auch nicht widerlegen können/geben mehrgedachten Reichstags Anni 1555. glaubwurdige Original-acta, vnd Protocolla zu vernehmen/was maſſen der abweſenden Augſpurgiſchen Confeſſions Verwandten/ Chur:Fürſt: vnd Stände Bottſchafften zu jhren Principalen ein regreſs geſucht/der jhnen auch auff zehen Tag lang gewilliget / nach welchen ſie den 20. Sept. jhrer Herrn Erklärung hierüber eingebracht vñ als jhre L. vnd Räth nit weichẽ wöllen.

Letzlichen bey ſolchem Vorbehalt mit dieſen außtrücklichen Worten/

daß

daß ſie hierinnen endlich Ihrer Käyſerl. Mayt. keine Form oder Maß zu ſetzen wüſten verbleiben laſſen/ worauff ſie dann ſelbſten etliche Clauſulas, welche ſie zu dieſem geiſtlichen Vorbehalt zu ſcharpff zu ſeyn bedüncket zu lindern / auch andere Correcturn denſelben einzutrucken gebetten / als inſonderheit daß beede Theil ſich mit einander nicht vergleichen können/ vnd den jenigen ſo ſolcher geſtalt von den Stifftern tretten müſſen/ es an jhren Ehren vnſchädtlich ſeyn/auch dieſer Vorbehalt künfftiger Vergleichung der Religion nicht præiudiciren ſolte / welches jhnen vnd Ihrer L. vmb gemeines Friedens willen/vnd darmit derſelbige ſich nicht zerſchlagen möchte/bewilligt worden / darauff dieſer Vorbehalt in den Religion-Fried/eben auff die Form vnd Weiſe/wie er jetzt darinnen ſtehet/gebracht/ vnd folgends den 25. Sept. mit dem Religion-Frieden ohne einig Widerſprechen publicirt, ſo wol dem Käyſ. Cammergericht/darnach hinfort zu judiciren, inſinuirt vnd anbefohlen worden.

Id eſt: *Præterea, oſtendunt acta & protocolla Imperii quæ ſuper pacis tranſactione, in imperiali noſtra Cancellaria extant quod initio quidem inter Catholicos & Auguſtanæ Confeſſioni adhærentes, magna diſcrepantia fuerit, ſiquidem Confeſſioniſtæ in tale reſervatum conſentire recuſarunt. Cum autem viciſſim Catholici ab eodem recedere nollēt, ac potius compoſitionem pacis deſerere vellent, atque inſuper noſter dilectus anteceſſor, Cæſar Ferdinandus, piæ memoriæ, multas graves ac præſtantes cauſas Auguſtanæ Confeſſioni adhærentibus proponi curaſſet, quas nec ipſi refutare poterant; tum fide digna originalia acta ac protocolla oſtendunt, qualiter abſentium Auguſtanæ Confeſſionis Electorum ac Statuum Legati dilationem ad principales ſuos conſulendos petiverint, quæ ipſis etiam ad dies decem conceſſa fuerit: poſtea vero die 20. Septembr. ſuorum Dominorum ſententiam attulerint; Et cum ſua Dilectio atque Conſiliarii cedere nollent, denique ipſi his expreſſis verbis, quod denique hac in re ſuæ Cæſareæ Maieſtati formam ac modum præſcribere nolint, reſervato contradicere ceſſarint. Atque idcirco ipſimet clauſulas aliquas, quas in hoc Eccleſiaſtico Reſervato ſevere nimis poſitas exiſtimarunt, mitigari, alias quoque correctiones inſeri rogarint: videlicet.*

quod partes inter ſe conſentire non potuerint; ut ii, qui dicto modo à beneficiis ſuis diſcedere coguntur, famæ jacturam pati non debeant; & ut hoc reſervatum futuræ concordiæ Religionis non præiudicet. Quod etiam ipſis à ſua dilectione, propter communem pacem, & ne ea in irritum cadat, conceſſum fuit. Ac poſtea Reſervatum illud in religionis pace, eadem forma ac modo, ſicuti jam in pace continetur, inſertum & deinde die 25. Septembr. Vna cum Religionis pace, ſine ulla contradictione publicatum, & Cæſarea Camera, ſecundum eundem tenorem, ad judicandum inſinuatum & mandatum fuit.

Idem teſtantur Catholici in gravaminibus, in Comitiis 1594. Ratiſbonæ, item in reſponſo ipſorum lecto in Comit. Auguſt. 1559. die 17. Iun. Teſtantur hiſtorici, Thuan. hiſt. l. 16.

Tum, inquit. *Ferdinandus eos hortatur, ut aſſentiantur; nam alioqui periculum eſſe, ne re infecta diſcedatur, neque enim amplius rem differri poſſe, ad aſſenſum poſtremo compulit tandemque decretum ſit, quod palam, more ſolito 7. Cal. Octobr. recitatur, huius hæc præcipua capita fuerunt &c.* Paulò pòſt. *Si quis Antiſtes aliqua dignitate in Eccleſia præditus, à religione veteri deciſcat, is continuo dignitate ac iure excidat, f. uctibuſque quos inde percepit privetur: quod ipſum tamen ſine ulla eius infamia fiat; iuſq; ſit Collegio, aut iis, ad quos iure vel conſuetudine id pertinet, alium in illius locũ ſufficere: quia vero nonnulli Imperii ordines, eorumq; maiores, quaſdã Eccleſiaſticas præfecturas, Collegia, Cœnobia, & alia id genus bona ſacra, ſibi ſumpſerũt, eaq; in miniſterii ſcholarũ, & alios utiles uſus converterũt. ij ne hoc nomine interpellentur, nec in ius vocentur, neq; Cameræ Iudicibus ob id quicquam adverſus illos ſtatuere liceat: quod de iis bonis intelligatur, quæ minime ad imperium aut alios Imperio ſubiectos ordines pertinent, & quæ alienata vel uſurpata fuerint ante Paſſavienſem tranſactionem &c.* Sleidanus l. 26. cuius verba compendiò citat Oſiand. cent. 16. l. 3. c. 17. *Vehementer orare* (Proteſtantes) *ut Ferdinandus illam particulam de deponendo ſeu amittendo Epiſcopatu omitti patiatur. Ferdinandus autem reſpondet, nihil amplius poſſe tribui: ea*

nunc

nunc eis concedi quæ tot annis nunquam impetrari potuerint, alioqui futurum ut nulla re perfecta diſcedatur. Largitur itaq; Proteſtantibus decem dies, ut interea domum hæc ad ſuos principes enuntient, & ſimul clare ſibi reſpondeant; ubi dies ille venit, Proteſtantes, quod & diligentia nihil prætermiſerint, ut reliquis omnibus de religione conſuleretur, & Cæſari vel Regi modũ aliquem in eo præſcribere non ipſis liceret aſſentiuntur, præſertim cum etiam Rex nonnulla remitteret.

Teſtatur inſuper Rex Ferd. 1. in Comitiis Anno 1557. die 5. Febr. & in altero reſpõſo, eod. anno die 27. Feb. hiſce verbis: dz Ihr Kön. M. damals den Ständen der Augſpurgiſchen Confeſſion verwand / viel ſtattliche vnd erhebliche Vrſachen erzehlen vnd außführen habe laſſen / welche declaration ſie / die Stände der Augſpurgiſchen Confeſſion vnd Ihre Räthe vnd Bottſchafften auch / wie ſie ſich ſelbſt zu berichtẽ wiſſen / damalen vnwiderfochten angenommen / vnd zugelaſſen / auch darüber Ih. Mayt. von wegen Ihrer gehabtẽ vätterlichen getrewẽ Bemühung vñ Arbeit / vnderthänigen hochfleiſſigen Danck geſagt / vnd folgends den Reichs-Abſchied / vnd den darinn begriffenen Religions-Frieden / mit vnd neben den Ständen der alten Chriſtlichen Religion / dermaſſen / vnd mit angeregtem darinn verleibtem der Geiſtl. Vorbehalt auffrichten / verfertigen vnd beſiglẽ helffen.

Id eſt: Quod ſua Regia Maieſtas tunc ſtatibus Auguſtanæ Confeſſioni adhærentibus, multas graves, & æſtimabiles rationes recenſeri & declarari curaverit: quam ipſam declarationem ſtatus Auguſtanæ Confeſſionis, eorumque Conſiliarii ac Legati etiam, abſque contradictione (ſicut ipſimet memores eſſe poſſunt) acceptarunt & admiſerunt: Imo ſuæ Maieſtati pro hac paterna ac fideli cura, & labore, humiles ac magnas gratias egerunt: Ac poſtea Comitiorũ Receſſum & in eo contentam religionis pacem, unacum ſtatibus veteris (id eſt pontificiæ. Notent hoc Prædicantes novitiæ Religionis propolæ) *Chriſtianæ Religionis, tali modo & ita in Receſſum inſerta dicta reſervatione edi, expediri & obſignari fecerunt.*

Audiſtin prædicans? Teſtantur Hiſtorici, nobis etiam infeſti, & veſtrarum potius partium, loquuntur Acta & protocolla originalia, in cancellaria Cæſaris hucuſque conſervata, dicunt principes Imperii, omni exceptione maiores, ſcribunt Imperatores Auguſtiſſimi, quorum unus quidem coram interfuerat, & rei geſtæ conſcius erat, atque omnes hi uno

ore profitentur, Confeſſioniſtas Auguſtæ Anno 1555. in Reſervatum, uti paci Religionis insereretur, demum conſenſiſſe. Cui jam hîc, vel te etiam arbitro, par eſt credere? Tibi ne, & P. Denaiſio, & tuæ farinæ hominibus, an protocollis, hiſtoriis, principibus, Regibus, Cæſaribus.

Inſtas tamen. In libello ſupplici à Proteſtantibus 20. Septembr. 1555. ante promulgatam pacem Regi Ferdinando exhibito haberi quidem hæc verba, quòd Electores ac Principes Auguſtanæ Confeſſionis nolint ſuæ Cæſareæ Maieſtati, in reſervato illo conſtituendo aut modum aut formam præſcribere: at tamen addi poſtea: Aber darneben wöllen Ihr Churfürſtl. vnd Fürſtl. Gn. ſich Ihres Gewiſſens-halber dieß erklärethaben / daß ſie für ſich in ſolchen Articul nicht willigen köndten. Id eſt. *Sed præterea volunt Electores & Principes conſcientiæ ergo declaratum*, quòd pro ſe in eum articulum conſentire non poſſent.

Verum quid tum? Dixerint, ſcripſerint, proteſtati ſint eiuſcemodi verbis. An non tamen deinde Regis Ferdinandi conſtantiæ ceſſerunt? an non quaſdam clauſulas & correctiones mitigantes, apponi petivêre & impetrarunt? an non illo tenore, paci Religionis inſeri, & publicari, & Cameræ Imperiali intimari, ſine ulla ulteriori proteſtatione facta (quòd tamen facere debebant in re tam publica & tanti momenti) conſenſerunt? Ita ſanè teſtantur protocolla, annales, diplomata baſilica. Non poſſum ergo non concludere Confeſſioniſtas in reſervatum conſenſiſſe. Si conſenſerunt, ergo fidem datam fregerunt, quicquid poſtea proteſtati fuerint. Nunc tu vide, D. Dorſch, quo jure, ad provocandas principum iras, in Erneſtum exclames, iniuria, iniuria. Veritas non eſt iniuria. Interea verò apud te expende, quid tu mereare, qui hiſtorias, qui acta, qui protocolla, qui principum reſponſa, qui Imperatorum edicta, falſi tam audacter, tam palàm inſimulas.

Oppon. 3. *Lutheraniſmum non eſſe hæreſin, neque ſeparationem à vera Eccleſia & Religione. Sed more prædicantico, nihil ad hanc rem. Catholicos ſcriptores atrociter in Lutheranos invehi & ſcribere.*

Demus iſthuc hoc loco. Malè an benè nolim modò contendere. An hic conficitur verum non eſſe quod Erneſtus dixerat, Acatholicos virulentis ſuis ſcriptis teſtari quàm inteſtimo & internecino in nos odio flagrent. Minimè ſi ſapis. At

At Lutherani inquit ***non odere Catholicos. abſit.*** Quid ergo? ***eorū vitia quæ Ambroſius Catherinus, Petrarcha, aliiq; deſcribunt.*** Nihil amplius Prædicans ? O te fallacem ! Quæ Catherinus aliique culpant, merito culpant. Hominum pravorum vitia ſunt, non doctrinæ. An apud vos nihil peccatur, ô Lutherani ? An non vel ipſe Lutherus candidè fatetur, in Papatu homines uno olim dæmone infeſſos, nunc in Lutheraniſmo, plusquàm ſeptem nequioribus, planè poſſideri, Luth. in poſtil. dom. Ienenſi. 1. Dom. Advent. Conc. 2. Item tom. 3. latino VVittenb. in Pſal. 1. Mittamus ergò hæc, ex campo Eloquentiæ prædicanticæ deprompta, & ad rem Erneſti veniamus. Lutherani malè volunt nobis, eo nomine, quod Papam, œcumenicum Eccleſiæ Caput agnoſcimus, quòd decretis Concilii Tridentini inſiſtimus, quod ſanctos cum Chriſto regnantes, invocamus, colimusque, quod ſeptem ſacramenta profitemur, quod Synaxin unâ tantùm panis ſpecie populo porrigimus, quod purgatorium credimus, quod Miſſam celebramus, ideo vobis, præſertim verbi buccinatoribus deteſtabiles, papiſtæ, hæretici, aquâ igneque indigni videmur. An non hoc verum eſt ? Audeſis negare. Atqui hoc Catholicum eſt eſſe. Ergo eo nomine quod Catholici ſumus, execreationi ſumus. Et vel ipſa verba confœderatorum Schmalcaldicorum quæ adducis ex Hortledero, l. 7. c. 4. n. 23. nonne te mendacii convincunt? Reſpondent enim oratori Cæſareo, ſe Monachis & ſacerdotibus reditus denegare, quod Miſſas dicunt, quodque in ſua fide & religione perſiſtant, neque velint ad Lutheraniſmum animum deflectere. Quid clarius?

4. Retorquet prædicans argumentum Euſebii hoc modo : ***Qui alterius partis ſecum paciſcentis religionem uti falſam, & ſaluti animarum adverſam deteſtantur, eaque opinione ad eam opprimendam continuo incitantur, illi de perfidia committenda ſuſpecti ſunt. Atqui pontificii, &c. Ergo pontificii de perfidia committenda ſuſpecti ſunt.***

Reſpond. 1. Nugatur Prædicans aut fallit. Non eſt iſta maior Erneſti arguentis, ſed Prædicantis fingentis. Hæc maior eſt Euſebiana. Qui hæreſin diſſenſionis & partum & matrem fovent, & qui poſt fidem datam, fidem violarunt, & qui deteſtantur fidem eorum, quibus cum paciſcuntur, tanquam Deo adverſam &c. ii Catholicis quos tales habent, & quibus fidem fregerunt, meritò de perfidia ſunt ſuſpecti. Nunc ſubſume

Prædicans, & oſtende, non illud poſterius tantùm, (quod damus) ſed cætera. Oſtende nos hæreſin, furialem illam Enyo, fovere, oſtende pacta jurata & fidem datam fefelliſſe. Aut ſi non oſtendis, fatere te in argumento Erneſti regerendo fallacem deceptorem fuiſſe.

Reſpond. 2. diſt. Maj. qui ita affecti, de re indifferenti & publica vel etiam de Religione ad tempus toleranda paciſcuntur, meritò ſunt ſuſpecti de perfidia committenda. Nego maj. Sententia enim noſtra eſt, hæreticis in re alias licita (qualis eſt tolerantia hæreſis, temporaria, ob cauſas urgentes) omnino fidem datam ſervandam, non ſanè minùs quàm Catholicis. Qui de religione eorum in perpetuum ſtabilienda paciſcuntur; Eſto maior. Qui enim paciſcitur, quod ſecundùm principia paciſcentis Deo contrarium eſt, & conſcientiæ adverſum, aut neſcit quid agat, aut certè ex animo fidem vel dare, vel ſervare non intendit.

Pergit Prædicans. Dixerat Erneſtus, quoſdam Catholicos prudentiâ quadam carnis dictante, tale huic paci patrocinium adſciſcere, ut dicant, poſſe Cæſarem & principes paciſci & polliceri quidem omnia, & tamen intus animum habere non ſervandi, ideo quidem, quod hæretici non ſint fidem ſervaturi. Frangenti enim fidem, fidem frangi impune poſſe, ex reg. juris. Atque hanc prudentiam carnis valide impugnat Erneſtus, interque cætera dicit, ea denique ratione nos poſſe cum Ethnicis Turcisq; ad pacem redimendam paciſci, nos, Chriſto deſerto, idola & Machometi legem culturos: quod impium & deteſtabile eſt dictu. Quid hîc noſter Anticriticus Prædicans? Ita arguit argutè nimirum. Aut verum eſt, quod dicit Erneſtus & militat in compoſitione pacis illa carnis prudentia, aut fingit Euſebius. Si illud, ergo Cæſar & Principes catholici mentiuntur & peierant. Si hoc, quid attinebat ſacratiſſima conſilia ſordidiſſimis figmentis ſpurcare?

Sed Reſpond. nego maiorem. Neutrum eſt. Illa prudentia non regnat in Cæſaris & principum mente, ſyncerior pectoribus Germanis mens eſt, quàm ut tam parum fidas cogitationes unquam admittant. Neque tamen Erneſtus fingit; quia non dicit Cæſarem ita ſentire, ſed dicit quoſdam pacis illius advocatos, hoc tam tetrum & inhoneſtum conſilium Cæſari & ſtatibus catholicis improbè ſuggerere.

Hinc in Prædicantem pro Erneſto inſurgo. Vel D. Dorſch mentem hanc Erneſti perſpexit, vel non. Si illud: Ergo inſigniter malitioſus eſt: Si hoc, quid attinebat Andabatarum inſtar rem oppugnare quam non capie-

capiebat? Item,vel D. Dorſch agnoſcit,conſilium illud,quod à quibuſdam pſeudopoliticis,eo modo ut Erneſtus dixit, ſuggeritur, eſſe prudentiam carnis, ſapientiæ Dei repugnantem,vel non. Si illud: cur Erneſtum carpit? Si hoc: cur argumenta Erneſti non oppugnavit? Expendite quàm ſine fronte ſit Dorſcheus,ô Proceres,& animadvertite.

§. 3.

Obiicit nonnemo Catholicus.

E*Sto,non intendant hæretici ſervare pacem. Quid ad nos aliena malitia? Nos intendimus ſervare.*

At maiore periculo,inquiet Erneſtus. Opprimentenim vos illi in pace,imparatos,inermes. *Non eſt timendum hoc.* Non? ô fortem fidentemque animum! *Quis enim prudens ſibi tantum metuat ab Acatholicis inermibus,quantum ab armatis?* Omnis verè prudens. Timeo Danaos & dona ferentes. Inermes illi,potentiores Eccleſiarum ſpoliis facti, arreptâ, cum libuerit, occaſione,iterum ad arma conclamabunt,& impares imparatoſque obruent. Quisquis hoc non videt,nihil videt. Nota unius ſæculi uſu adverſariorum noſtrorum eſt indoles.

Neque te ſervabit regula illa juris: Frangenti fidem: niſi ut cum omni fide tua funditus intereas. *Quid ergo? ſemperne bellandum?* Non,ſed arma Catholicorum ſeriò & efficaciter coniungenda. Faciendum pro religione,quod faceremus, pro ſua quiſque regione,ſi hoſtis ingrueret. Invocandus ex animo,& fidenti pectore Deus,qui non deſeret ſperantes in ſe,& pro Religione dimicantes. Eius auxilio debellandum, ut pax melior & honeſta conſequatur. Qui Deus ſervavit Ferdinandum 2. ſervabit & tertium, modò Chriſtianâ fidentiâ illi ſe committat. Memores eſtote,ô Catholici,quomodo ſalvi facti ſunt patres noſtri. Et nunc clamemus in cœlum,&miſerebitur noſtri Deus noſter.

SUB-

SUBSECTIO VII.

Septimum Erneſti Argumentum.

§. 1.

Pax eiuſmodi abſq; comparatione magis inordinata eſt mendacio, quod neceſſitatis cauſa licere negant Catholici.

NUlla neceſſitas tanta accidere homini in hac vita mortali poteſt, ut liceat vel leviter & iocosè mentiri. Ita communis Catholicorum Theologorum fert ſententia. Atqui hæc pax ſi cum omnibus ſuis adiunctis & circumſtantiis capiatur, multò eſt magis inordinata & rationi naturali repugnans, quàm leve mendacium. Ergo multò minus etiam in ſuprema neceſſitate licet eam ampl ecti. Minorem probat Erneſtus ex dictis; quia cooperatur directè & indirectè hæreſi, contra evidens luminis naturalis dictamen; hæreſin fidei exæquat in honore, libertate, defenſione, perpetuitate contra religionis dignitatem: compellit fideles, vel ad exitium vel ad errores profitendos, contra charitatis legem; condonat aliena, & uſurpat juriſdictionem ſibi non competentem, contra ordinem juſtitiæ: permittit impunè in perpetuum hæreſin eiusque uſum etiam armis tuetur, contra fidei præceptum: fruſtratoria eſt, & fallax contra veritatis candorem. Ita Erneſtus.

§. 2.

Dorſchei digreſsiones & tergiverſationes ſcrupuloſæ proponuntur.

MIrum, etiam Prædicantibus ſui ſunt ſcrupuli. O religioſos homines! videamus an ſcrupulum poſſimus eximere delicatæ conſcientiæ, quæ camelo glutito, culicem niſi coles, per anguſtias gulæ non admittit.

1. Negat pacem illam directè aut indirectè hæreſi cooperari. En ſublatum ſcrupulum. Prædicans negat. Res facta eſt. Ita nimirum lupus, cum religione conſcientiæ angeretur, utrum jurisjurandi quo ſe obſtrinxerat, non niſi quod tribus obolis æſtimaretur, uno die eſurũ, fidem ſanctiſſimam violaret ſi bovem, quæ fors occurrerat, cum vitulo adoriretur, vocato in ventrem conſilij & cogitationum ſuarum ſenatu concluſit, bovem duorum equidem eſſe obolorum, vitulum unius non excedere. Ergo ſibi licere utrumque in prandium cædere & vorare. Quare ſubito ſcrupulum poſuit, & bona ſcilicet conſcientiâ, bovem cum vitulo epulatus eſt. Sed digreſſione utitur Anticriticus noſter, ut probet, non eſſe ſcrupulo hic ex cooperatione vel indirecta locum. Arrigamus mentem attentam. Ex noſtris Theologiæ arcanis videtur reconditum aliquid meditari. Metuo tamen, ut ne multa ex nobis exſcribat, ſed multò plùs ineptiat.

1. *Si Deus ſufficienter poteſt excuſari à cooperatione ad hæreſin, etiamſi phyſicè voluntatem hominis prædeterminet ad amplexum hæreſios, poteſt etiam Cæſar & multo magis quidem excuſari, etiamſi paciſcatur permiſſionem illius perpetuam, quia minus eſt paciſci hæreſin quàm ad illam prædeterminare. Atqui poteſt prius. Ergo & poſterius.*

Nunquid dixi, Prædicantem ineptias allaturum? Erneſtus dicat:

K Trans-

Transeat major, nego minorem. *Dominicani concedunt minorem.*

Quid hoc ad Erneſtum? An ille Dominicanus eſt? Quale judicium hominis, ex ſententiâ & hypotheſi Dominicanorum arguere contra hominē quē neſcias, an ſit Dominicanus? Certè non eſt judiciū Theologicū. Sed tamen, quid ſi ſit Erneſtus è Dominicanâ familia, an ideo viciſti, quia Suarez & Ruiz & Jeſuitæ omnes ſequelā concederent. Certè illi nō concedunt. Et quicquid ſit de reliquo, hoc loco dicent, inſignem eſſe Cæſarem inter & Deum in hoc negotio, differentiam. Deus equidem phyſicè prædeterminat ad materiale actus hæreſios, per prędeterminationē, quam naturæ non debet & nō poteſt ſubtrahere. Cæſar autē hæreſis impunitati conſenſum præbet, quem debet & quem poteſt negare. Satin' hoc habes? Jam expende qualem ſyllogiſmū & quàm validum attuleris. Dominicani negant Majorem. Jeſuitæ minorem, ubi jam manebit concluſio?

2. Quandoquidem hoc argumentum ex noſtris viſceribus & principiis cruis, dico illud nimium probare, ac proinde nihil valere. Sic enim arguo. Si Deus ſufficienter poteſt excuſari à cooperatione ad hæreſin, etiamſi phyſicè voluntatē hominis prędeterminet ad actū infidelitatis Turcicæ, poteſt etiam Cæſar multo magis quidem excuſari etiamſi paciſcatur permiſſionē Turciſmi in Imperio liberā publicamq;: Atqui poteſt prius: Ergo & poſterius. Vides ut argumētum nimium probet apud eos, qui hypotheſin prædeterminationis phyſicæ admittūt. Ergo nihil apud eos probat. Miror D. Dorſch loqui de Theologorum noſtrorum controverſiis quas non intelligit.

Pergit nugari Logodædalus noſter.

Vbi eſt neceſſitas antecedens, ibi funditus evertitur in cauſa ſecunda agendi libertas. Atqui in tranſactione illa pacis eſt neceſſitas antecedens, ſcilicet prædeterminatio inevitabilis, ex mente Dominicanorum. Ergo in illa evertitur omnis Imperatoris principumq; libertas.

Quæſo quis nō jure juret huic homini cerebrum loco eſſe motū ſuo? Contentio eſt, an Cæſar paciſcendo, eo modo quo Proteſtantes illud deſiderant, directè & indirectè cooperetur hæreſi. Quid Prædicans agat? Probat ex Dominicanorum ſententiā ſequi, Cæſarem principesq; ad illam pacificationem antecedenter determinatos & abſolutè neceſſitatos. An hoc in rem quadrat? Plane, uti pugnus in oculum. Trudamus ſemel

clavum

clavum clavo, ineptiam ineptiâ repellamus. Sic repono. Ubi eſt neceſſitas antecedens ibi funditus evertitur in cauſa, ſecunda agendi libertas. Atqui in negatione pacificationis eſt neceſſitas prædeterminationis antecedens. Ergo in illa evertitur omnis imperatoris Principumq; libertas.

Quid jam? Vel hæc argumentatio aliquid probat, vel non. Si non. Ergo neq; altera Dorſchei; cum ſit ejusdem planè naturę. Si probat; probat pacificationem à Cæſare & principibus negandam eſſe. Nec dum quieſcunt intemperiæ hominis. Poſtquam multa de peccato originali imperitè effudit, quæ hujus loci non ſunt, ſic deinceps diſputat: ſi ſalvâ ſanctitate & juſtitiâ Dei fieri poteſt, ut Deus concurrat ad generationem hominis, vel ad conjunctionem animæ cum corpore, etſi eâ ipsâ conjunctione anima inficiatur peccato originali, ita quidem, ut non eâ causâ dicatur Deus cooperari, aut directè, aut indirectè ad labem originis, poteſt etiam fieri, ut ſalvâ conſcientiâ Cæſar conſentiat in pacem, & ut non cenſeatur directè, vel indirectè hæreſi cooperari.

Supra idem telum repulimus. Ideo Cæſar indirectè cooperatur hæreſi, quia pace taliter initâ, hæreſin cùm poteſt & debet, non impedit: directè verò cooperatur, quia ſocius & protector eſt earum actionum, quæ ſuapte natura, & ex ſe, diriguntur ad hæreſin introducendam & augendam, ut ſunt, inductio Prædicantis Acatholici, expulſio Doctoris Catholici, compulſio vel ad hæreſin profitendam, vel ad ſolum vertendum, &c. Jam verò in productione hominis, Deus nō tenetur impedire labem originalem, aut id, quo poſito, illa contrahitur, imò tanquam cauſa prima, & proviſor generalis, univerſi, debet non impedire, adeo, ut ſi concurſum & opem ſuam ſubduceret, id grande prodigium futurum eſſet. Præterea, creatio animæ, quæ à ſolo Deo eſt, & ejusdem ad materiam unitio, quæ ſimul eſt à cauſis ſecundis, non ſunt per ſe inſtitutæ ad ponendum peccatum originale, aut animam hominis defœdandam, cum in ſtatu innocentiæ, ſi, uti potuiſſet, perſeveraſſet, hæc omnia ſine ea labe extitiſſent. Ergo Deus ad illam maculam, neq; indirectè, neq; directè cooperatur.

Nunc iterum ad ſcrupulos. Horum quinos ordine, uno halitu difflat Prædicans, ſcilicet aſſerendo, ſe oſtendiſſe, in pace illa, qua de agimus, non everti ordinem charitatis; non perturbari legem fidei, non arrogari alienam poteſtatem, &c. Sed procurator non credit.

§. 3.

Digreſsiones ternæ Dorſchei.

POſt ſcrupulos iteratò digreditur Prædicans, dubites ab inſtituti propoſito, an à veritate longiùs.

DIGRESSIO I.

Sunt auctores, qui tenent de abſoluta potentia Deum, vel per ſe, vel per alium falſum dicere & mentiri poſſe. Ergo non eſt tanta inordinatio mendacij quantam Erneſtus tradit.

1. Nego ſequelam. Erneſtus dicit: *Omnes hodie Catholicos cum S. Auguſt. l. contra mendacium & de mend. &c. conſentiunt, illud ex genere ſuo eſſe peccatum, neq; ullius boni intentione, aut mali vitandi cauſa licere mentiri, contra Caſſian. & quoſdam veteres.*

Huicne repugnat, quod tu adducis? An non Erneſtus ipſe docet, quoſdam veteres aliter ſenſiſſe? An Gabriel, Aliacus, Holcot, ſunt omnes hodie Catholici, aut aliqui ex omnibus hodie Catholicis? Certè nimium digrederis à propoſito.

2. Repono idem Argumentum in adverſarium. Sunt auctores, qui tenent de abſoluta potentia Deum non poſſe, neq; per ſe, neq; per alium mentiri. Ergo eſt tanta inordinatio mendacij, quantam Erneſtus tradit. Si arguo benè; pro Erneſto facit. Si malè quomodo tu illo modo bene?

DIGRESSIO II.

Inter Pontificios ſunt, qui prædeterminationem phyſicam directam ad actionem mendacij docent.

Perge Porrò. Iterum redis & cramben eandem iteratò infers: Sed tamen perge.

In qua Eccleſia admittuntur hypotheſes, quæ inordinationem mendacij divino concurſui tantum attribuunt, ut certitudinem univerſæ religionis convellant, in eadem, pacis religioſæ poſtulata non ſunt tanta cum acerbitate eliminanda. In ſicecela Armona iſtiusmodi hypotheſes ſub gratia & privilegio admittuntur. Ergò.

Reſp. 1. Ubi admittuntur tales hypotheſes univerſim cognitæ & admiſſæ pro talibus: Concedo Majorem. Ubi admittuntur ab aliquibus, qui negant eſſe tales & eâ inordinatione affectas, ibi & debent admitti poſtulata pacis: Nego majorem. Apud nos ſunt equidem aliqui, qui hypotheſes illas admittunt, ordinationem tamen illam ineſſe negant. Alij verò, quia inordinationem ineſſe credunt, ideo etiam hypotheſes planè negant. Quare

Reſp. 2. Retorquendo argumentum hoc modo. In qua Eccleſia negantur hypotheſes, quæ inordinationem mendacij divino Concurſui attribuunt, ſunt eliminanda Pacis projectæ poſtulata: Atqui in Eccleſia Catholica negantur hypotheſes: Ergo. Vel hoc argumentum probat, vel non. Si probat, cauſam tuam jugulat. Si non probat; neq; tuum probat, cum ſit ejusdem formæ.

DIGRESSIO III.

De licentia mentiendi ex doctrina Pontificiorum.

Sic arguit. *Sententia quorundam Pontificiorum licet ſcienter enunciare, quod ex ſe & ſecundum omnes circumſtantias ad unum ſenſum eumq; falſum determinatum eſt, modò in mente ſua aliquid aliud concipiendo adjungat, per quod oratio vera perficiatur. Ergo apud illos mendacium non habet tantam inordinationem.*

1. Quid ſi retorqueam argumentum? Ex quorundam Pontificiorum ſententia, non licet in iis circumſtantiis enunciare, &c. Ergo mendacium apud Pontificios habet inordinationem.

Si argumentum valet, contra te valet. Si non valet, cur tuum eidem ſimillimum valeat?

2. Non licet etiam ex mente eorum auctorum, quos laudaſti, ita

loqui & reſpondere in omni circumſtantia,& ſine ulla cauſa, aut neceſſitate. Non licet in contractibus,multò minùs in publicis conventis & pactis. Non licet ſemper in judiciis, neq; in multis aliis caſibus, quos iidem auctores fusè explicant. Quare ruit tota tua querelarum Categoria, nulla pacta,nullas transactiones, nulla juramenta, nulla fœdera conſtare poſſe, totamq; à nobis humanam ſocietatem convelli. Sed de hac re inferius.

§. 4.

Objicit nonnemo.

Fruſtra Erneſtus pacem cum mendacij malitia componit. Prius debuiſſet oſtendere eſſe in pace illa culpam peccati (quod nec potuit nec poterit) deinde illam cum alterius peccati culpa & malitia comparare.

Non potuit, nec poterit? Ecce tibi compendiò oculis expoſitam pacis illius inordinationem ex comparatione cum mendacio deſumptam. Adhibeamus modò mentem ſynceram, omni affectu ſequiore ſepoſito. Si quis hoc calamitoſo tempore toti Germaniæ pacem & quietem conciliare poſſet, unico jocoſo etiam mendacio, neutiquam tamen id facere liceret. Omnes Theologi hîc conſentiunt.

Eccur verò non liceret? Quia nimirum mendacium illud, quamvis leve & jocoſum, dictamini rectæ rationis repugnat & Deum offendit: At ejusdem pacis ſtabiliendæ ergò, permittere impunè hæreſin doceri,augerique,permittere ut divina auctoritas ſpernatur, ſancti in cœlo regnantes cultu debito priventur, Eccleſiæ definitio rejiciatur, Papa pro Antichriſto proclametur, religio vera è multis ditionibus exulet, ut animæ innumeræ Sacramentis perquam neceſſariis careant, damnenturq;, ut Catholici aut fidem deſerere, aut in exilium abire cogantur, conſentire in alienationem bonorum & jurium Eccleſiæ, extinctionem juriſdictionis Epiſcopalis, polliceri & jurare, ratum tenere, ut Epiſcopatus mutentur in dominium temporale Cacodoxorum, illis inveſtituram

ram promittere & concedere, & ſi quis ſe huic tam perverſo molimini opponere Catholicus auſit, vi, armis, banno, morte etiam illatâ coërcere, idque in perpetuum, ut nunquam, qualiscunque aliter agendi opportunitas, aut facilitas evenerit, liceat revocare, & Catholicos in integrum reſtituere, hæc inquam omnia, modo pax, eaque incerta quidem ab adverſariis concedatur, jusq; fasq; ſit facere?

Quis credat? Adſit hic mihi, non dico Theologus profundus, acutus, eruditus, ſed vir bonus, ratione utens, prudentiâ ſolummodò Chriſtianâ mediocriter prædìtus, & ex una parte ante ſe conſtituat mendacium, leve, jocoſum, nulli noxium; ex alterâ verò, pacem illam projecti, cum ſuis infandis illis & funeſtis adjunctis & conditionibus, atque apud animum ſuum expendat, vtrum illarum duarum rerum magis à ratione alienum, utrum juſtæ Dei voluntati potius adverſari videatur. Iterum exputet apud ſe ipſum, ſi in eo quidem neceſſitatis articulo conſtitutus foret, ut vel leviter nullius hominis incommodo mentiri, vel projectum illud pacis, de quo agimus, admittere & in Imperium introducere cogeretur, utrum ex illis duobus tanquam minus malum præ altero eligeret, & utro ſe minùs divinam bonitatem offenſurum putaret.

Niſi equidem vehementer fallor, è centum, non jam dico Theologis diſciplinâ eruditis, ſed Chriſtianis Catholicis Dei timentibus, vix reperias, qui ſi alterutrum ſubire cogeretur, non præoptet leviter mentiri, quàm projectum pacis admittere, putetq; eâ ratione ex rationis præſcripto minùs Deum offendiſſe.

Ergo juxta rectam rationem projectum pacis mendacio levi deterius eſt. Atqui mendacium leve, nullo neceſſitatis etiam publicæ caſu eſt licitum, ex communi Theologorum omnium ſententia. Ergo neque projectum illud pacis eſt licitum nullo neceſſitatis, etiam publicæ, licet ſupremo articulo, ex communi Theologorum ſententia.

SUB-

SUBSECTIO VIII.

Octavum Erneſti Argumentum.

Pax ejusmodi Eccleſiæ Dei, ſummorum Pontificum, SS. Patrum, veterumq; ſuffragio deſtituitur & damnatur.

DE Pace & impunitate Hæreticis in perpetuum, & ſtipulatione conventionali, abſolutâ, & irrevocabili, côcedenda, nullum apud veteres exſtat exemplum; tam enim primævis Chriſtianis, res illa ab omni ratione aliena videbatur, ut nec Hæretici eam petere auderent aut ſomniare. Permiſſionis verò temporariæ mentio quidem aliquoties facta, ſed eo conſtantiæ exemplo Patres, Pontifices, ac multi Principes repulerunt, ut non contemnendum Erneſtus argumentum inde adducat.

Triplicem autem exemplorum ſelectorum aciem producit, expugnandæ paci projectæ idoneam, quam eodem ordine Prædicans Anticriticus diſſipare & repellere nititur.

ACIES EXEMPLORUM.

I.

SS. Patres.

§. I.

S. Ambroſius Mediolanenſis Antiſtes

VAlentiniano Imperatori Eccleſiam Mediolani pro Arianis poſtulanti, negavit intrepidè. Reſpon-

Reſpondit enim inſtanti.

Noli te gravare Imperator, ut putes te in ea, quæ divina ſunt imperiale ius aliquod habere. Noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubditus. Scriptum eſt, quæ Dei, Deo, quæ Cæſaris, Cæſari. Ad Imperatorem palatia pertineant, ad Sacerdotem Eccleſiæ publicorum tibi mœniorum jus commiſſum eſt, non ſacrorum. Item. Tributum Cæſaris eſt, non negatur. Eccleſia Dei eſt. Cæſari utiq; non debet addici, quia jus Cæſaris non poteſt eſſe Dei templum, &c.

Ex Epiſt. ejuſd. S. Ambroſij. 33. ad Marcell. & orat. in Auxent. ad pop. Nec immeritò hic quærit Erneſtus; ſi eo tempore Imperatori nullum erat jus divinorum, ſacrorum, & Eccleſiæ, quis ei conceſſit ut modò habeat? quo anno? quo Pontifice? quo privilegio accepit?

§. 2.

Reponit Prædicans Anticriticus

PRimùm in genere.

Non eſſe parem Ambroſiani temporis & caſus, cum noſtro conditionem.

Credo equidem. At neq; Erneſtus hoc dicit. Ambroſius inquit, etſi Imperator eum minis urgeret, ne voluit quidem, unam, intra mœnia unius ſolummodo urbis, ad tempus concedere Arianis hæreticis, Eccleſiam. Ergo multò minùs noſtri hodie Epiſcopi debent in perpetuum Lutheranis & Calviniſtis integros Epiſcopatus tradere. Non eſt argumentum à pari, ſi neſcis, mi homo, ſed à comparatione minoris cum majori.

Deinde ſingulatim diſparitatem explicat.

1 *Ambroſius fuit in ſtatu Imperij tranquillo.*

Falſum eſt. Maximus cum exercitu turbas ſciebat. Quin & Mediolani, quid non motuum? An non Auxentius Arianorum Superinten-

dens & Prædicans tumultuabatur, & Præſulem Catholicum ad publicum certamen coram Imperatore, ſuſcipiendum proterve provocabat? An non multus intra mœnia civium hæreticorum numerus factioſum ſuum verbi Ariani miniſtrum ſuſtentabat? Non Juſtina Imperatrix in rabiem agebatur? Non Valentinianus materno ſcelere, ſed tamen potente impulſus, Epiſcopo vim intentabat? Nonne miles & currus, qui virum Dei in exilium abriperent in parato erant? Hæccine tranquillitas? ſcilicet.

2. *Ambroſius non erat conſtitutus in extremo neceſſitatis ancipitio, quo aut tradere Eccleſiam Valentiniano cogeretur, aut totum imperium cum Eccleſia in ultima pericula conjicere.*

Imò verò in eo erat articulo, ut aut unam Eccleſiam traderet, aut totam urbem omnesq; ejus Eccleſias Arianorum impietati exponeret. Neq; tamen eo periculo motus eſt.

3. *Ambroſius noverat voluntatem Theodoſii & Maximi de conſervando Mediolano.*

Sed aberant: Et citiùs Valentinianus omnia templa occupaſſet, quàm illi præſidium attuliſſent.

Habebat plebem, militesq; pro ſua cauſa promptiſſimos.

Non ſanè omnes. Erant fortè non pauciores Ariani Ambroſio infeſti.

4. *Narrat Ambroſius Valentinianum puerum alienis furiis agitari.*

Sed Matris, ſed Imperatricis.

Sperabat, ſi obſiſteretur, ſanis ſuis conciliis ad ſaniorem ſententiam revocandum.

Speremus & nos, ſi cordatè tam illicitæ pacis pactioni virilem animum opponamus, futurum demum, ut Proteſtantes, converſis ad ſaniora cogitata animis, eam concordiæ rationem nobiſcum inire ſtatuant, quam ſalvâ religione & conſcientiâ admittere poſſimus.

5. *Perpendit Ambroſius Valentinianum juniorem incompe-*

tenti

rentiuti poteſtate , eum eſſet ipſe ſub legitima poteſtate Gratiani & Theodoſii conſtitutus.

Et nos perpendimus Acatholicos incompetenti uti poteſtate, cum volunt Catholicos Sacerdotes expellere, Prædicantes ſuos in cathedras ſufficere, Epiſcopatus extinguere, religionis exercitium è ſuis ditionibus eliminare. Atq; ideo ſicut Ambroſius Valentiniano iniqua petenti reſtitit; & nos Acatholicis nihilò meliora aut moderatiora exigentibus, reſiſtamus oportet.

6. *In Ambroſii negotio extraordinaria & ferè miraculoſa animorum gubernatio apparuit, Deo prodigioſè ſervum ſuum protegente. In noſtro autem negotio, auxiliorum extraordinariorum certitudo nulla.*

Imitemur animos Ambroſij. Qui Deus pro religione fortiter dimicantem protexit, & nos paria auſos proteget. Sat magnam divini à cœlo affuturi nobis auxilii certitudinem habemus, vel ex hoc ſolo Ambroſij exemplo.

Ille, cum una tantummodo Eccleſia, in tam grandi urbe, ſed ſuæ fidei commiſſi, ab Imperatore & Imperatrice pro Arianis tumultuantibus peteretur, etſi non adderetur, id futurum in perpetuum, neque exigeret juramentum, ut nullo unquam tempore poſſet repeti à Catholicis, & quamvis non ignoraret, quid Imperator penè puer à matre in præceps actus, quid hæretica armis inſtructa, quid Imperatrix dominationis impotentiâ inflata, denique furens quid fœmina poſſet, & quanquam in omnibus illis rerum anguſtiis, tam parvam haberet de extraordinariis & cum prodigio conjunctis auxiliis certitudinem, quâm nos modò habeamus, tamen hoc ſolo nomine, quod iniquum poſceretur, forti pectore regiæ cupiditati ſe oppoſuit. Cur non idem nos faciamus à quibus multò equidem iniquiora exiguntur.

§. 3.

Succenturiat nonnemo Catholicus Prædicanti Anticritico.

Non erat communis tradendæ Baſilicæ neceſſitas.

Nec jam eſt tradendorum Epiſcopatuum tanta neceſſitas.

Res ultra terrorem non proceſſit. Grandius hodie eſt periculum.

At grandiora etiam petuntur.

Valentinianus petebat in contemptum religionis & depreſſionem Eccleſiaſticæ jurisdictionis.

Quid minus faciunt noſtri Adverſarij?

Tribunis dicentibus, Imperatorem jure ſuo uti.

Prædicantibus dicentibus: Ad Imperatorem & Principes ſpectare etiam de religione & Eccleſiis conſtituere.

Jure illos, Prædicantes ſuos, Catholicis Doctoribus pulſis, inducere, jure Catholicos, vel ad negandam fidem, vel ad ſolum vertendum à ſe compelli poſſe, jure omnem Antiſtitum noſtrorum jurisdictionem amoliri, jure Papam pro Antichriſto haberi, cenſeri, proclamari, jure Romanæ ſedis auctoritatem flocci pendi, jure Epiſcopatus in dominia ſæcularia verti. Hæccine aut in contemptum religionis & depreſſionem Eccleſiaſticæ jurisdictionis non vergunt? aut minora ſunt iis, quæ Valentinianus & Juſtina ab Ambroſio extorquere nitebantur?

Non erat neceſſitas omnino par in Ambroſio, fateor, ſed neq; petitum hæreticorum par noſtro. Periculum tamen erat grave inſtante Imperatore puero, à tribunis Arianis ac matre hæretica ſtimulato, periculum inquam erat, ne ſi Ambroſius Eccleſiam unam Mediolani Arianis negaret, omnes Eccleſias Catholicis eriperet, eratq; minus reſiſtendo Ambroſius,

broſius, Imperatori ab tribunis & militibus inſtructo, quam nos modò ſimus Proteſtantibus. Quod ſi ſimilis aliquis Dorſcheo Prædicanti, vel huic politico adfuiſſet, aliter ſanè ſenſiſſet; dixiſſet Ambroſio: Quid agis Epiſcope? quid tergiverſaris? Eſt ſuprema urbis Mediolani neceſſitas: Non es reſiſtendo Imperatori, maternis furiis agitato. An non præſtat unam Eccleſiam deſeri, quàm omnes in diſcrimen adducere, & totam urbis religionem furori regio objicere? Nihil hic mali eſt, culpæ nihil. Non tantùm permittere potes, ſed & jurare, nunquam recuperaturum: Pura eſt hæc tolerantia. Deus ita agit, qui pluit ſuper juſtos & peccatores, oriri ſolem ſuum facit, æquo jure, bonis & malis, ſinit vivere probos, improbos, Abelum juxta atq; Cainum, homicidas, fures, adulteros. Quid ni & tu, divinæ clementiæ æmulator factus, hæreticos in urbe eſſe & templi commoditate uti ſinas: At non ita Ambroſius; quia nimirum Theologus, quia Catholicus, quia ſanctus, non Prædicans Anticriticus, non politicus, non iis, qui Erneſti judicium Catholicum nigro carbone notare nituntur, ſimilis.

II.

S. Joannes Chryſoſtomus.

§. I.

GAinæ ſummo exercitus Duci, naturâ barbaro, religione Ariano, cum Conſtantinopoli Eccleſiam pro hæreſis ſuæ uſu ferociter expoſceret, graviter repugnavit, imò Imperatori Arcadio, in extrema imperij & religionis Catholicæ neceſſitate, atq; periculo, improbam Gainæ rebellionem vehementer metuenti, & jam ad concedenda poſtulata, inclinato, intrepidè os aureum improperavit.

Satius eſſe imperio cedere quàm prodere domum Dei, & à religione deficere, teſte Sozom.

Atqui Arcadius pientiſſimus Cæſar procul aberat ab ea impietate, ut ſtatueret ipſe fidem deſerere, ſed Chryſoſtomus ita locutus eſt, ut oſtenderet fieri non poſſe abſq; religionis injuria & violatione, ut Imperator quicquam juris in Eccleſias hæreticis tradendas uſurparet. Quod ſi

vir ſanctus, infandam domus Dei proditionem, & quandam à fide defectionem appellavit, ſi Cæſar unam tantum modo, in una urbe Eccleſiam, non in perpetuum, absq; juramento, ſimplici permiſſione, absq; jure Catholicos ad ſe vi pelliciendi, aut ex urbe ejiciendi, cõceſſiſſet, quia de noſtra projecti pace ſtatuiſſet? Non reperiſſet, credo, vir cætera facundiſſimus, vocem, quâ rei indignitatem ſatis ac pro dignitate explicaret.

§. 2.

Reſpondet Dorſcheus

1. *Non erat inter Arcadium & Gainam ille reſpectus, qui eſt inter ſtatus Imperij Romani invicem.*

Quis hoc neget? Gainas fuit Geta obſcuro loco natus, ſolo ferro & ſanguine illuſtris. At hi Imperij Germanici Principes, Illuſtriſſimi, Sereniſſimiq;. Ego vero ex illa diſparitate ita arguo. Magis Arcadio Imperatori metuendus erat, Gainas, homo barbarus, impotens ſui, crudelis, ſanguinis & turbarum cupidus, quàm modo ſint Cæſari, Principes, ſtatusq; Imperij Acatholici, eo quod licet religione ab eo diſſideant, viri tamen ſunt ſanguine Principes, diſciplinâ domeſticâ ad omnem honeſtatem inſtructi, pacis & concordiæ ſtudioſi, quorum intereſt, fœdere ſancto & ſyncero omnes imperij partes atq; membra coaleſcere ac uniri. Ergò minùs vereri habet. Imperator, ut ne repulſam juſtam paſſi, iniqui aliquid moliantur.

2. *Non erat quæſtio inter Arcadium & Gainam de Eccleſiis concedendis, ſed de aperienda & tradenda aliqua præcipua Conſtantinop litana.*

Imò de unâ erat contentio.

Nam Ariani Gothi habebant intra urbem Conſtantinopolitanam aliquam Eccleſiam.

Erras. In ſuburbio fuerit. Intra urbem non fuiſſe, te docet, quem tu ipſe attuliſti, Sozomenus. Querebatur enim Gainas, *iniquum & abſurdum eſſe, ſe, cùm dux eſſet Romanorum, extra mœnia adoratum proficiſci.* Deinde,

Deinde, eſto habuerint Ariani obſcuriora aliquot templa, voluerit-que Gainas homo ambitioſus unum ex anguſtioribus concedi. At tamen, Chryſoſt. contempto diſcrimine, quod ab impotenti hominis barbari ira ſuborni, & urbi, & orbi poterat, ne hoc quidē indulgeri voluit. Quare manet argumentū. Si vir Dei, ne unū concedi quidē ab Imperatore permiſit, quâ ratione nos innumera concedi permittemus; & ita permittemus, ut nulla unquam repetendi facultas ſit ſuper? ut unà cum templis & ditionibus, animarum etiam ad errores adſtringendarum illis non modò ſit impunitas, ſed legitima poteſtas? Abſit, abſit, ſatius ſit imperio & vita cedere.

3. *Non erat res imperij in extremas adductæ neceſſitates. Et Gainas jam Imperatori reconciliatus erat.*

Certè, qui illius temporis ſtatum maturè expenderit, næ graviter errabit, ſi neget res Arcadij à ſupremâ neceſſitate, ipſoq; exitio vix tantillum abfuiſſe. Nam Gainas maximam Cæſareani exercitus & militum partem in manu & poteſtate ſuâ habebat. Erat præterea homo audax, ferox, hæreticus, perfidus, imperij cupidus. Pronum illi erat omnem Scytharum gentem, & Tribigildum ſibi amicum, & ſanguinis neceſſitudine conjunctum, cum ferocibus Gothorum copiis, velut immanem quandam tempeſtatem, imperio evertendo, immittere. Imperator illi copiis longè impar, & planè imparatus, quâ de causâ etiam paulò ante Aurelianum Conſulem, & Saturninum Conſularem, & Joannem, qui ei à ſecretis erat, barbaro ferociter & inſolenter poſtulanti, non abſq; nominis ſui infamiâ & imperij dedecore tradere compulſus fuerat, teſte Zoſimo, Socrate, Sozomeno. An non hæc neceſſitas, quæ Imperatorem Romanum ad tam turpes conditiones coëgit? Et tamen Arcadio in his anguſtiis conſtituto, & iſtis deteriora metuenti, intrepidè conſuluit os aureum: Satius eſſe Imperio, coronâ, ſceptro carere, quàm unam hæreticis Eccleſiam permittere.

Gainas pacem cum Arcadio inierat.

Ita, fallacem quidem. *Ingreſſus barbarus Conſtantinopolim* (inquit Theoret.) *pacis larva contectus:* quam enim pacem animo concepiſſet, facilè eſt intelligi, ex machinationibus, quibus, ad incendendum palatium, urbemq; populandam, operam dedit. Neq; quievit priùs turbulentum hominis caput, quàm poſt concitatos, undiq; tumultus, vindicante demum cauſam Imperij cœlo, unà cum omnibus ſuis cæſus meritas perduellionis pœnas dederit.

§. 31.

§. 3.

Depulſo Prædicanti ſuppetias it quis Catholicus.

1. *Non fuit tanta Gainæ potentia, Imperatoris præſidio Gainam longè ſuperante, & ipſum ſuis emiſſariis poſt negatum templum agente in fugam.*

Quaſi verò. An non Socrates apertè dicit, tum temporis infinitas barbarorum copias in urbe fuiſſe, ita,ut cives ac incolæ captivorum penè loco haberentur? An non Gainam ſuis fretum, repetito molimine, incendium palatio machinatum, & ſolâ Angelorum ope, haud ſine cœleſti prodigio ab ſcelere meditato repulſum?

2. *Adfuit Arcadio Chryſoſtomus, cuius precibus cæleſte auxilium in tempore adfuit. Non fuit noſtra par illa neceſſitas, & nos Chryſoſtomum deprecantem non habemus.*

Benè habet. Sint etiam Antiſtites noſtri,ſint Regum Principumq; noſtrorum Theologi, Chryſoſtomo & non tibi ſimiles, non deerunt Imperio Arcadij, quos vel Angeli, cœleſte ope in ſuprema neceſſitate divinitùs protegant.

3. *Non pollicebatur Gainas publicam ſecuritatem. Noſtri Proteſtantes pollicentur.*

At unde ſcis non eſſe pollicitum? An Imperator tam vecors erat, ut in urbem regiam admitteret hominem, paulò ante perduellem, niſi datâ ſecuritatis publicæ fide.

Non multum abierat temporis, quod pacem Arcadio Chalcedone in templo S. Euphemiæ jure jurando ſtipulatus fuiſſet, videbaturq; modò ad majus ejuſcemodi concordiæ ſtabilimentum & firmitatem, ſuæ in urbe Regia religioni ſedem publicam templumq; poſtulare.

4. *Verendum ut iſta verba: Satius eſt imperio cedere, &c.*

ſint

ſint Sozomeni (quem Baronius erroris ſæpe arguit) commenta , non oracula Chryſoſtomi.

Ego verò vereor, ut tu temerè verearis. Scilicet, quæ nolumus, non lubenter credimus.

III.

Epiſcopi Africani.

§. 1.

CUm Hunericus Arianus Rex promitteret, ſe ablatas Catholicis Eccleſias redditurum, *ſi jurarent ſe deſiderare, ut filius Hunericus ei in regno ſuccedat, & ad regiones transmarinas* (Catholicorum) *non directuros*, plurimi ſanctitate, doctrinâ, & martyrii deinceps laureâ donati Epiſcopi, cùm facilè intelligerent, illud juramentum in fraudem ac detrimentum Religionis & fidei Catholicæ offerri, maluerunt vitâ carere, & ſanguinem pro fide paciſci. Quid hi feciſſent, ſi noſtra hæc tempora vidiſſent? Quid ſi jurandum ſibi intellexiſſent Catholicos non modò Eccleſiis privari, ſed aut ad hæreſin amplectendam, aut ſolum patrium relinquendum compelli, jure publico in Imperio poſſe?

§. 2.

Dorſcheus reſpondet

1\. *JUramentum illud ab Hunerico ea fraude propoſitum, ut ſi qui Epiſcopi iurarent, in exilium agerentur, eò quòd contra præceptum Domini: nolite iurare: omnino deliquiſſent: qui verò iurare renuerent, nihilo tamen minùs eo nomine, quòd filium Regis ſucceſſorem reſpuerent, in inſulam deportarentur.*

Fuerit equidem ea Tyranni mens. Exitus talem fuiſſe, non omnino diſſentit, teſte Victore Utic. de perſecut. Wandal. l. 3. init. Hoc tamen Epiſcopi ignorabant, cùm quidam eâ ſpe, quanquam inani, Sacramentum quod petebatur dixerint. Alij tamen quantavis ea eſſet Eccleſiarum iſlis reſtituendarum ſpes à Rege oblata, non volebant tamen jurejurando, quod fidei & religionis puritati officere putabant, ſeſe obſtringere.

2. *Petebat Hunericus ab Epiſcopis religionis mutationem & juramentum chartæ incluſum. Atqui mutatione religionis non poteſt redimi Eccleſia, mors, exilium.*

Hic egregiè Dorſcheus, ex munere ſcilicet Prædicantico, fallere nititur. Falſum eſt, ab Epiſcopis tunc fuiſſe expetitum, ut ſi Eccleſias reſtitui vellent, religionem mutarent, ad Arianiſmum deflectentes.

Propoſitio Regia (ait Anticriticus noſter) *in Æde memoriæ Epiſcopis facta ita ſe habebat: Dominus noſter Rex Hunericus, licet doleat, quòd ſitis contemptores, & adhuc ejus voluntati obedire tardetis, jubet, ut efficiamini eius religionis, cuius eſt ipſe, nunc de vobis bonum cogitavit; ſi iuraveritis, ita, ut, quod iſta charta continet, faciatis, dimittet vos Eccleſiis & domibus veſtris.*

Quæ vero malum iſta hominis fallacis impoſtura? Itane habet? Audiat orbis Victorem Uticenſem, & videat quâ fide ille ſit Prædicans. Ita equidem Victor.

Tunc deinde iubentur ad quendam locum, qui dicitur Ædes memoriæ, illi viri Dei occurrere, fraudem ſibi neſcientes aptatam. Vbi cùm veniſſent, charta eis oſtenditur involuta, diciturque illis iſta ſubtilitate ſerpentis (nunc quæſo animos adhibete, quotquot veritatis amantes eſtis) *Dominus noſter Rex Hunericus, licet doleat, quòd fueritis contemptores, & adhuc eius voluntati obedire tardetis, ut eius efficiamini religionis, cuius eſt ipſe, nunc tamen bonum de vobis cogitavit. Si iuraveritis, ita, ut, quod iſta charta continet faciatis, dimittat vos Eccleſiis & domibus veſtris.*

Ubi eſt hic illud tuum.

Iubet ut efficiamini eius religionis?

Quæ

Quâ fronte auſus es apponere, *iubet?* Scilicet, ut poſſes liberiùs imponere credulis,& perſuadere, Hunericum illo juramento, quod Epiſcopi repulerunt, hæreſin Arianum exegiſſe.

Pudeat tam veteratoriæ artis Prædicantem Argentoratenſem.

Quis illi credat Scripturam ſacram alleganti, qui humanas hiſtorias falſificat?

Pergit Victor. *Ad quod univerſi Epiſcopi reſponderunt: ſemper diximus ac dicimus, & dicturi ſumus Chriſtiani ſumus, Epiſcopi ſumus, Apoſtolicam fidem unam & veram tenemus, facto q; poſt Confeſſionem fidei ſilentio modico, illi, qui à Rege fuerunt deſtinati feſtinabant extorquere Epiſcopis Sacramentum. Tunc Beati viri Hortulanus & Florentinianus Epiſcopi, pro omnibus, & cum omnibus dixerunt. Nunquid animalia nos irrationabilia ſumus, ut neſcientes quid charta contineat, facile aut temere iuremus? Accelerarunt quoque illi à Rege deſtinati. Scripturæ eis propalare tenorem, qui huiusmodi ſermonibus fuerat coloratus. Sic enim calumnioſa ſeries continebat.*

Iurate, ſi poſt obitum Domini noſtri Regis, eius filium Hildericum deſideratis eſſe Regem: vel ſi nullus veſtrum ad Regiones transmarinas, epiſtolas diriget: quia ſi Sacramentum huius rei dederitis reſtituet vos Eccleſiis veſtris.

Ubi in hoc juramento exigitur, ut fidem Catholicam ejurent?

Cogitavit tunc multorum pia ſimplicitas (pergit Victor) *etiam contra prohibitionem divinam Sacramentum dare, ne Dei populus impoſterum diceret, quòd vitio Sacerdotum, qui iurare noluerunt, non fuerint Eccleſiæ reſtitutæ. Alij quoq; aſtutiores Epiſcopi, ſentientes, dolum fraudis, nequaquam iurare voluerunt, dicentes prohibitum fuiſſe Evangelica auctoritate, ipſo Domino dicente: Non iurabis in toto, &c.*

§. 3.

Succurrit Dorſcheo nonnemo Politico-Theologus.

Exemplum Præſulum Africanorum eſſe omnino extra rhombum.

EXceptio verò tua eſt magis extra rhombum, ô bone! Sed audiamus.

Illi recuſarunt iurare, quia eorum nonnulli exiſtimabant nunquam licere jurare.

Ecquid ergo dixerunt initio omnes: *Se non ita brutos eſſe, ut cùm neſcirent, quid demum rei in charta contineretur, tamen iurent, panderent prius regia poſtulata.*

Cur non ſtatim excepere, non licere omnino jurare? Sed demus, quosdam ejus fuiſſe ſententiæ: an non tamen ad rem & rhombum noſtrum? Omnino equidem. Hi enim cùm putarent illicitum eſſe, jurare, ne ad recuperandas quidem totius Africæ Eccleſias, jurare voluerunt. An non ergo exemplo nobis præeunt, ut illicitam pacem, quæ à politicis recuperandis, vel conſervandis Eccleſiis, neceſſaria cenſetur, non juremus omnino?

Alÿ ſe fruſtra iuraturos putabant, ob fraudem Tyranni, qui re ipſa aliis iuratis Eccleſias non reſtituit.

At unde ſcis, eos hanc fraudem, tunc, cùm Sacramentum offerretur præſenſiſſe? Et ſi hoc norant, cur tam ſolicitè rogarunt, ut ſibi jurisjurandi forma antè exhiberetur, ne brutorum inſtar, temerè & ſine rei, quam jurarent, notitiâ, jurarent? Certè non temerè colligat inde Erneſtus, maximam

mam eorum partem eâ ſolum cauſâ fortiter reſpuiſſe, quod intelligerent juramentum, commercio ſibi cum transmarinis Catholicis præſertim Romanis,interdicto,in periculum damnumq; religionis vertere.

Quare cum Erneſto arguo. Si hi animoſi fidei pugiles, juramentum illud, quo tantùm exigebatur, ut ne cum transmarinis Catholicis literarum haberent commercium, tam forti animo reſpuerunt, ut ne vel reſtituendarum Eccleſiarum blando illicio, vel acerbâ morte propoſitâ flecti poſſent, quid, amabo, egiſſent, ſi noſtrum pacis projectum vidiſſent,legiſſent?

An non hujus juramentum longè tetrius? An non fidei detrimenta multò apertiora & graviora continet? Apage dixiſſent, cum pace illâ dolosâ,infandâ, religionis Catholicæ inimicâ. Non jurabimus omnino. Mori equidem,multò nobis optabilius: Non ita tu,ſcio.

Reddant, inquis, nobis Confeſſioniſtæ Eccleſias, vel potiùs relinquant paucculas, quæ auferendæ reſtant, & deinde è cæteris, quas vi injuſtâ occuparunt, expellant ſacerdotes, immittant ſuos Prædicantes, adigant Catholicos, aut exulare,aut fidem deponere, templa Deo dicata in equilia,porcilia convertant,&c.

Hæc omnia promittemus, ſubſcribemus, jurabimus, *& graviter iurabimus,& ſervabimus,idq; cum religionis merito,nec in hac parte tenebimur cum SS. Martyribus abſtinere à iuramento.*

Nimirum ita loquitur Anticriſeos Prædicanticæ patronus, judicij verò Theologici hoſtis, & quisquis mavult (ut dici ſolet) eſſe Confeſſor quàm Martyr.

ACIES EXEMPLORUM
II.
Pontifices.
I. S. Joannes I. Papa & Martyr.
§. 1.

HIc Anno Chriſti 526.à Theodorico Italiæ Rege, Ariano, Conſtantinopolim ad Juſtinum Imperatorem compulſus, tantùm abfuit ut ei

perſuaderet Eccleſias Arianis, in Oriente ipſius voluntate, reddi, ut ſuffragante ſibi pientiſſimo Principe omnia eorundem hæreticorum templa, ritu Catholico perpurgarit & conſecrarit. Teſtatur id ipſe cùm ex carcere, in quem à furente Theodorico, poſt reditum ſuum conjectus fuerat, Papali, & pro fide brevi moriturâ manu, ita ad Epiſcopos Italiæ perſcripſit.

Eccleſias Arianorum ubicunq; inveneritis, Catholicis eas divinis precibus & operibus absq; una mora conſecrate, quia & nos quando fuimus Conſtantinopoli tam pro religione Catholica, quàm Regis Theodorici cauſa negotij, ſuadente atq; hortante, Arianosq; exſtirpante, piiſſimo atq; Chriſtianiſſimo Iuſtino orthodoxo Imper. quascunq; illis in partibus Eccleſias reperire potuimus, Catholicas eas, Domino opem ferente, conſecravimus. Et quanquam prædictus Theodoricus Rex eorum (Arianorum) *peſte tactus intrinſecus, nos & omnem regionem noſtram perdere, & gladio, & igne conſumere minetur, nolite tamen propterea deficere, ſed viriliter in agro dominico elaborare ſtudete, & juxta veritatis vocem: nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c.*

An non hic Pontifex in ſupremo erat neceſſitatis articulo? Theodoricus Rex, furore amens, totã copiis ſuis frænabat Italiam. Ne dimidiũ quidem militis Papæ aderat, ad repellendam Arianorum potentiam. Juſtinus Imperator nihil ſubſidij afflictis Romanorum rebus afferre, vel poterat, vel volebat. Interea minabatur hæreticus & Tyrannus, ni templa per Orientem ſuæ ſectæ hominibus reſtituantur, ſe totas Italiæ Eccleſias Catholicis ereptas peſſumdaturum. An non politici noſtri, egregij pacis projectæ Advocati, dixiſſent, omnino faciendum Pontifici, ut legatione in urbem regiam ſusceptâ, Imperatori perſuadeat, rigorem legum mitigare, Arianos tolerare, templa ablata reſtituere, imò in perpetuum jurare, nullâ ſe unquam occaſione recuperaturum? An non ita Joannes Pontifex, ſanctus, martyr. Juſtino auctor fuit, hæreſin coërceret, publicis templis privaret, Eccleſias Catholico ritu expiatas priſcæ religionis Catholicis cultoribus reſtitueret. Neq; minùs quàm ſuaderet, ipſe fecit. Arianis reſiſti juſſit, Eccleſias eripuit, conſecravit, Catholicis reddidit, atque hanc animi ſui ſententiam, carcere, fame, ſiti, gladio enectus, trucidatusq; non tam literis, & calamo, quàm ſanguine proprio conſignatam teſtatamq; nobis reliquit.

§. 2.

§. 2.

Opponit Prædicans.

1. LOngè alia Ioannes fecit. *Nam Iuſtinum exoravit, ut ad redimendas ab interitu Italiæ Eccleſias ablata Arianis templa reſtitueret. Teſte Anaſtaſio Bibliothecar. Mariano Scoto, Ottone, Friſing &c.*

Reſpondet Cardinalis Baronius, narrationem Anaſtaſij, ac eorum, qui illum conſecuti ſunt, falſitatis argui ex facto Theodorici. Nam profectò ſi Papa, id quod Rex Arianus petiverat, Imperatori perſuaſiſſet, non eum reverſum carceri incluſum ſecuri ſubjeciſſet.

Dicit Prædicans. Id aliâ causâ factum.

Nimirum 1. *Quia illum Catholicæ pietatis defenſor Iuſtinus honorificè ſuſcepiſſet, invidia rumpebatur tyrannus.*

O invidiam Rege magnanimo dignam!. quaſi verò ille tam ægrè ferre potuerit Pontificem ab Imperatore coli? An hoc inſolens & livore regio dignum videri Theodorico poterat? Sciebat id ex more Catholico fieri, neq; eâ re ſuæ nominis dignitati quicquam decerpi.

2. *Quia fide & moribus cum Iuſt. no ſentiret.*

Benè. Atqui Juſtinus Catholicus erat, Arianos lege latâ templis privarat. Si ergo Joannes cum illo ſenſit, quomodo Arianis templa reſtituenda eſſe perſuaſit?

3. *Summa; aut ab acceptis à Iuſtino honoribus, aut collatis in Iuſtinum Imperialibus ornamentis, Ioanni odium & periculum natum eſt.*

Fruſtra es, mi homo, hæc tam frivola ex tuo capite comminiſcendo & vaticinando. Nos Gregorio Turonenſi l. de glor. Mart. c. 40. credimus ita ſcribenti.

Multi ſunt quidẽ martyres apud urbẽ Romã, quorũ hiſtoriæ Paſſionẽ integræ nobis nõ ſunt delatæ. De Ioanne tamen Epiſcopo, quoniam agon eius ad nos usq; non acceſſit ſcriptus, quæ à fidelibus cõperi, tacere nequivi. Hic. n. cum ad Epiſcopatũ veniſſet, ſummo ſtudio hæreticos execrans, Eccleſias eorũ in Catholicas dedicavit: quod cum Theodori-

cus

cus Rex comperiſſet, furore accenſus, quia eſſet ſecta Arianæ deditus, juſſit gladiatores per Italiam dirigi, qui univerſum quotquot inveniſſent, Catholicum populum jugularent. Hæc audiens B. Ioannes, ad Regem ne hæc fierent deprecaturus acceſſit: à quo cum dolo ſuſceptus: alligavit eum, & poſuit in carcerem dicens: Ego te faciam, ne audeas contra ſectam noſtram ampliùs muſſitare.

En crimen! En cauſam Joannis! En martyrium! Et quid? Auden' negare Joannem à fidelibus ſemper populis & ab Eccleſiâ universâ in martyrum numero habitum? Ergo conſtitit publicè eum, non honoris, vel ab Imperatore recepti, vel illi delati livore, à tyranno enecatum fuiſſe, ſed pro virtute, & religionis conſtantiâ vitam poſuiſſe. Non mors martyrem facit, ſed cauſa pietatis. Atqui ad pietatem non attinebat livor, ex honore diadematis Juſtino impoſiti profectus. Neq; nos movet, quòd conſuetâ Prædicantium pravitate, Gregorij Turonici fidem veluti ſuſpectam in dubium voces. Dicit ille, ſe à fidelibus ita comperiſſe. Vel ergo credis verum dicere, vel non. Si non; quæſo quâ fronte auſis virum talem mendacij accuſare? Si credis; cur non etiam credis fideles illos, recenti omnino memoriâ rei veritatem tenuiſſe potiùs, quàm non etiam credis fideles illos, recenti omnino memoriâ rei veritatem tenuiſſe potiùs, quàm Anaſtaſium Bibliothecarium, qui trecentis penè pòſt annis aliter enarravit?

II. Proſequitur Anticriticus, fruſtra à Baronio laudari Epiſtolam ipſius Joannis, eſſe eam ſuppoſitivam, & probare contendit.

1. *Quia in genere loquendo, Epiſtolæ Pontificum non ſunt indubiæ, vel ipſis Pontificiis teſtibus, qui fatentur aliquos in eas errores irrepſiſſe.*

Qualis conſequentia: Aliquæ Pontificum Epiſtolæ, vel dubiæ ſunt fidei, vel erroribus vitiatæ: Ergo hæc Joannis Epiſtola?

2. *Sigillatim. hæc Epiſtola contradicit Concilio Epaunenſi, quod iubet templa ab hæreticis ſtructa deſpici & non conſecrari.*

Bella conſequentia! Epiſtola illa contradicit Concilio alicui Provinciali: Ergo non eſt Joannis Papæ. Ubi dialectica D. Dorſch?

3. *Contravenit, quod dicat ſe Conſtantinopoli cùm eſſet quaſcunq; illis in partibus Arianorum Eccleſias reperire potuerit, Catholicis conſecraſſe.*

Ubi,

Vbi, Vbi, contravenit? *Quis ullo documento perſuadebit, Pontificem legatum per Orientis provincias diſcurriſſe, ac Arianorum ſpeluncas Deo conſecraſſe?* Nemo, nemo docebit, ſed neque docere opus eſt. Non dicit Pontifex, ſe per omnes Orientis provincias diſcurriſſe, ut conſecraret, ſed eas quas vel in urbe, vel in itinere, cùm iret rediretque, reperire potuerit, conſecraſſe. Quid hic contradictionis tibi fingis?

4. *Contradicit pontificali, quod narrat, Ioannem omnia à Iuſtino impetrare meruiſſe, & liberatam eſſe Italiam à Theodorico Rege hæretico.*

Ego verò pontificale erroris & lapſus arguo, eodem argumento & ſic dico. Pontificale in eâ parte contradicit Epiſtolæ Ioannis ab ipſo ad Epiſcopos Italiæ ex carcere miſſæ: Ergo fallitur. Et ain' tu verum eſſe, Italiam à Theodorico Rege Ariano liberatam eſſe? Non auſis credo dicere. Vt ergo in hoc fallitur pontificale tuum, ita & in altero falli non immeritò dicam.

5. *Contradicit Faſtis conſularibus.* Agnoſcit errorem librarii Baronius, ex quo tu didiciſti, aliàs ne obiecturus quidem.

6. *Contradicit Gregorio Turonicò.* Audiamus. *Gregorius refert cauſam odii & carceris ad conſecrationem Eccleſiarum in Italia.* Fallis. Non nominat Italiam. Loquitur univerſim, hæreticorum templa ritu catholico ſacraſſe. *Epiſtola indicat, Ioannem poſt reditum ex oriente in vincula datum.* Hæc optimè cohærent. Conſecraſſe in Oriente, & poſt reditum in Italiâ idem præſtitiſſe, eoq; nomine iras Ariani Regis commeruiſſe.

At Gregorius dicit id contigiſſe, cum ad Theodoricum profectus eſſet, deprecaturus vim Catholicis intentatam. Et hæc cohærent. An non potuit poſt reditum ex Oriente, conſecratis Eccleſiis, tum demum ad Theodoricum placandum proficiſci?

7. *Totius Epiſtolæ contextus conſarcinatorem ineptum indicat.* Meliori jure dicam, totum tuum accuſationis frivolæ contextum. Prædicantem, & cavillatorem indicare.

8. *Inconſequens eſt Argumentatio: Ego in oriente Eccleſias Arianorum expiavi. Ergo vos idem facite in Italia.*

 Uti-

Utinam tuæ Argumentationes eſſent tam conſequentes, ſanè non oppugnares judicium Theologicum Erneſti. Hic ſenſus eſt Ioannis. Ego etſi minimè ignorarem, quam apertum capitis diſcrimen redux aditurus eſſem, omnes tamen Arianorum Eccleſias, quas potui ritu catholico expiavi: quare vos etiam obteſtor, meo morituri exemplo, animos capite, hæreſi Arianæ obſiſtite, templa perpurgata Catholicis reddite, neque in hac re iras Tyranni expaveſcite. Corpora ille veſtra lacerare, diſcerpere, internecione delere equidem poteſt, animum verò veſtrum immortalem, neque morte afficere, neq; præmii ullâ parte poteſt ſpoliare. An non ille diſcurſus conſequens? quid hîc reprehendis? video quid diſplicere poſſit. Erat Argumentatio Pontificis, non Prædicantis.

9. *Paucis: nullo ingenio, nulla arte Ioannis factum excuſari poſſe videtur.* Quod factum Ioannis? Quòd in Orientem iverit? Res indifferens eſt. Quòd à Rege compulſus protectionem ſuſceperit? Violentia fuit Tyranni. Quòd cauſam Arianorum agendam ſuſceperit? Nego ſuſcepiſſe. Quòd templa hæreticis reſtitui oraverit, impetraverit? Nego, oraſſe, nego impetraſſe. Quòd Eccleſias in Oriente Arianis ereptas ritu Catholico ſacraverit? Nemo orthodoxus improbet. Quòd in Italiâ idem præſtiterit, & ab Epiſcopis præſtari voluerit? Iuris fuit Catholici. Quòd Theodoricum, eiuſque in ſe furorem concitarit? Non ſunt timendi homines, cùm Dei & Eccleſiæ cauſa agitur.

At furentem hæreticum in Catholicorum perniciem impulit, imprudentia ſua & temeritate ſibi & Eccleſiæ nocuit.

Nulla Pontificis imprudentia, nulla interceſſit temeritas. Nulla conſecuta Catholicorum pernicies, ſed poſt aliquorum inſignes de tyranni ferociâ triumphos, læta ſucceſſit quies. Poſt paucos enim dies, cœlo ulciſcente, horrendâ morte vitam infelicem concluſit Theodoricus, Amalaſuntha ſceptro & faſcibus potita, moderatè ſe geſſit. Quid multa? Ioannes Papa ſanguine fuſo, hæretico tyranno brevem interitum, Eccleſiæ pacem, ſibi cœlo terraque nomen & gloriam comparavit immortalem. I nunc Papomaſtix, & diſce factum Ioannis Papæ nullò ingenio, nullâ arte accuſari & obſcurari poſſe.

§. 3.

Inſtat inſuper quiſpiam Catholicus.

I. *Exemplo S. Ioannis non confici, intrinſecè malum eſſe hæreticis Eccleſias concedere.* In aliqua circumſtantia, cùm ſine præiudicio & maiore fidei damno aliter fieri non poteſt: Eſto. Eo caſu credam Hormiſdam, & alios Ioannis anteceſſores ad tempus diſſimulaſſe. At verò quando cum publico animarum damno conceditur, nullum eſt periculum, nulla neceſſitas quæ excuſet. Ita equidem ſanctum Papam & martyrem ſenſiſſe, ex facto rectè colligo. Nam ſi non credidiſſet eſſe intrinſecè malum, cur maluit carcerem & diram mortem ſubire potiùs, quàm concedere? Cur Epiſcopis totâ Italiâ, idem ut agerent, frendente etiam Theodorico Rege, præcepit? Quòd ſi ille ita ſenſit, hoc eſt, quod vult Erneſtus, quo cum ſtatuo ſatiùs eſſe Pontificem & martyrem auctorem ſequi, quàm hodiernos politicos & pſeudopoliticiſmi axiomatis imbutos Theologos.

II. Obiectat *vellem ſanè glorioſum martyrem melius vindicaſſet Erneſtus ab Anaſtaſii & Platinæ hiſtoria, quæ fertur à Iuſtino Imperat. una cum legationis ſocius cum lachrymis oraſſe, ut Arianos Eccleſiis pulſos reſtitueret. Quod ſi ita habet, certe validum eſt telum, quod nimirum S. Pontifex crediderit, non eſſe malum intrinſecè, hæreticis Eccleſias tranſcribere.*

At vero vindicare non erat opus poſt Baronium An. Chr. 525. qui ex Greg. Turon. & ex Epiſtola ipſius Ioannis è carcere ad Epiſcopos Italiæ conſcriptâ abundè vindicat. Mirum autem meritò videri poſſit, quâ ratione homo Catholicus eò pervenire poſſit pervicaciæ, ut innuat, ſibi magis arridere, id quod de Ioanne Anaſtaſius & Platina falsò referunt, quàm quod ipſe S. Martyr manu papali, & brevi martyrii palmâ donandâ conſcripſit, quodque Eccleſia ritu tot annorum, imò ſæculorum, ſolenni,

in Officium publicum retulit. Et ut vita dicam canonizavit, ad diem 27. May. Hæc ſanè à Prædicante Anticritico & à fide noſtrâ alieno controverti, & ſiniſtris ſuſpicationibus impeti, levis noxa ſit, à Catholico & Theologo quis ferat?

II. *Paulus III, Pontifex maximus.*

§. 1.

HIc Carolum V. graviter reprehendit, ob eoſdem ferè articulos, qui poſtea paci religionis inſerti ſunt, ad tempus hæreticis conceſſos, in comitiis Spirenſibus. Anno 1544. Atqui hic idem antè, cum ex ſententiâ Statuum in comitiis Ratisponenſibus. Anno 1541. quorundam articulorum ab Eccleſia diſſentientium, quo ad per œcumenicum Concilium declarentur, tolerantia ab eo peteretur, id facere recuſavit; quod neque Chriſtiana & Catholica veritas, neque ſua & Apoſtolicæ ſedis dignitas id permitterent, ut ipſe ait, in bulla indictionis Concilii Tridentini.

§. 2.

Reſpondet Prædicans.

1. GEneratim antiquas è veteratoriâ prædicantium cantilenâ occinendo nænias.

Pontifices etiam ex mente noſtrorum doctorum errori obnoxios eſſe, niſi quando ex cathedra fidei morumque dogmata definiunt.

Verùm, extra chorum ſaltat, more ſuo. Erneſtus non adducit Pauli ſententiam ut fidei dogma. Non tam imperitus eſt. Papalis tamen ipſius dicto factoque ineſt auctoritas, quam nemo ſanæ mentis, niſi hæreticus, contemnat.

2. *Sigillatim ait, ſe hanc rem diſcuſſiſſe ſuprà:* At verò ſuprà dixerat, Imperatori competere poteſtatem conſtituendi de religione. Falſum dicere, non eſt diſcutere. Ideo equidem Papa

Cæſarem

Cæſarem repræhendit, quòd quæ juris Pontificii forent, ipſe invadere præſumpſiſſet.

Pergit occinere. *Papam in literis ad Carolum V. magis videri de iure conſtituendi diſputare, quàm de conſtitutione.*

Demus videri. An non qui Cæſari contendit jus conſtituendi, non competere, contendit etiam conſtitutionem non competiiſſe, & conſequenter invalidè uſurpatam eſſe?

Poteſtatem illam Papæ adhuc indefinitam eſſe. Errat Prædicans. Catholicis certum eſt, certam & definitam eſſe, neque quicquam ad rem facit, quòd Prædicantes contrà grunniant. Diſputat Erneſtus cum Catholicis, qui id ultro concedunt, quid tu negando inter muſas graculus te immiſces?

Pontificem actionibus Caroli Cæſaris non ſatis æquum fuiſſe. Quicquid de hoc ſit, extra oleas noſtras eſt iſta iniquitas. Paulus etiam poſtea cùm conciliatis Cæſare & Rege Chriſtianiſſimo, Concilium indiceret, neque eſſet ulla ampliùs ſuper aſſenatio, idem ſenſit dixitque. Non eſt autem bonæ & ingenuæ mentis facta ac dicta Pontificis tam ſiniſtrè interpretari, ut non à ratione, ſed ab odio temerè profecta dicantur. Indoles hæc eſt Prædicantica, cuius naribus etiam moſchus ſi à Papâ ſit, malè olet.

§. 3.

Opponit etiam Paulo 3. Catholicus aliquis.

I. *SI Articuli comitiis Spirenſibus fuere ab Eccleſia doctrina diſſentientes, meritò fuit à Paulo reprehenſus Carolus.*

Rectè. Pergamus. *Nos nullos tales per pacem concedimus.* Nullos? An nō conceditis Confeſſionē Auguſtanā, imò totum Lutheraniſmū, æquo jure cū Catholicâ religione, in Imperio vigere debere? Non conceditis doceri poſſe impunè, in perpetuū, Papā non eſſe caput Eccleſiæ, ſed Antichriſtū? Concilii Tridentini nullā eſſe in dogmatis fidei ſtabiliendis auctoritatē? Epiſcopatus poſſe invito & repugnāte Pontifice in dominia ſæcularia

verti, & heterodoxis donari? poſſe hæreticum Principem ſubditos Catholicos vel ad errores amplectendos, vel ad ſolum vertendum, jure Imperii publico & ſempiterno cogere, idque aliis Catholicis Principibus non ſolùm tolerantibus, ſed vim etiam, contra reſiſtentes, atque arma conferentibus? hæccine cum Eccleſiæ ſenſu, cum Patrum doctrina, cum conciliorum ſtatutis non pugnant? O te Catholicum!

2. *Non fuit par periculum, par neceſſitas.*

Fuerit par, impar. Nulla neceſſitas, pacem de ſe illicitam, facit licitam.

3. *Articuli illi quos Paulus non voluit declarare tolerandos, etiam uſque ad concilium, non erant pacificationis, ſed erant confeſſionis erroneæ.*

Atqui in pacificatione veſtrâ declarantur articuli, non tantùm usq; ad concilium, ſed abſolutè, & in perpetuum, & tolerandi, & pari honore & æſtimatione in Imperio cum Catholicis habendi, qui ſanæ doctrinæ contrarii ſunt, & in concilio Tridentino publicâ anathematis ſententiâ damnati. Ergo veſtra pacificatio multò equidem magis poteſt redargui, quàm illa Caroli quinti.

3. *Paulus IV. Pontifex max.*

§. 1.

Hic editâ bullâ contradixiſſe paci religionis fertur, quæ tamen temporum iniquitate, ſupervenienie ipſius Pauli IV. & Iulii III. & Marcelli II. præperato fato intercidit. Ex Poſſevini tamen Epiſtola ad Regem Poloniæ, quis eius ſenſus fuerit liquidò conſtat.

§. 2.

Obiicit Dorſcheus.

Bullam non extare. Cæterum quæ Stanislaus, Hoſius, & Anton. Poſſevinus memorant, Chriſtianam conſcientiam non movere.

Ita

Ita ſolent Prædicantes. Conſcientiam habent chalybeam moveri neſciam. Et quid mirum auctoritate Hoſii & Poſſevini, virorum aliàs integerrimorum, non moveri, quorum eſt proprietas, quarto modo propria, non Pontificibus, non Patribus, non ratione, ſed ſuâ tantùm phantaſia moveri.

§. 3.

Catholicus nonnemo adiicit.

VBinam illa Bulla? Proferantur verba Bullæ & libenter audiemus. Inſtrumenta alleganti incumbit ea proferre.

Quàm bellè iſte nonnemo, cum Prædicante Citharœdo eandem fidem percellit? quàm pari habitu (ut Germanicum hoc afferamus) in idem cornu flare didicit. Quid verò ad Cardinal. Hoſium, quid ad teſtem *Poſſevinum*? Siles? non moveris eorum virorum auctoritate? Vter ergo veſtrum deterior? tu qui tacitè diſſimulas, aut Prædicans Anticriticus, qui palàm eloquitur, ſe Chriſtianâ ſuâ, ſcilicet, conſcientiâ moveri, ne moveatur?

IV. Pius V. Pont. Max.

§. 1.

ANno 1566. Legatum ſuum Cardin. Ioan. Franciſcum Commendonum Auguſtam eo nomine miſſum, contra pacem religionis conceptis verbis proteſtari mandavit. Verba fideliter exſcripſit Erneſtus, ex exemplari in Archivio Epiſcopatus Auguſtani aſſervato.

§. 2.

§. 2.

Obiicit Dorſcheus.

ILlam proteſtationem non fuiſſe interpoſitam à Commendono. Quo autem argumento? Audite,ſultis,& argutam Logicam ſtupete. Thuanus,inquit,non facit mentionem, eſſe factum. Ergo non eſt factum. Necdum didiciſti prædicans, argumentum ab auctoritate negativâ petitum,nullum eſſe? Ne jam hîc dicam, quàm meritò nobis Thuanus ſuſpectus eſſe debeat,qui,ut Galli dicere ſolent,olet faſcem hugonotticum. Verùm quid attinet rem hanc diſceptare? Demus Dorſcheo, proteſtationem non fuiſſe Imperatori exhibitam. Videtur id equidem ipsâ proteſtationis formâ,ſatis contineri, ut ad dubiam Thuani fidem recurrere, opus Prædicanti non fuerit. In rem noſtram & Erneſti eſt,quod juſſu Pii V. expreſſo fuerit concepta. An non verò hoc vel ipſe Thuanus fatetur? An non & hoc ampliùs addit,Iuſſum non modò Principibus anathema & ex cõmunicationem,ſed & ipſi Cæſari,Imperii abrogationem,nomine Pii interminari,ſi Pacem religionis in comitiis illis confirmari,vel in pacta deduci paterentur? An non tenor proteſtationis fidem facit,Commendonum,cùm contra pacem religionis proteſtatur, juſſa exequi S. D. N. quâ ergo fronte ita audes concludere: Non igitur Commendoni negotiatio nomine Pontificis M. Pacem religionis ipſam ſpectabat? Quid hîc quæſo agamus? Thuanus refert à Pontifice Pio, Commendono legato *enixè iniunctum, ut ſi religionis negotium in comitia deduceretur, ipſe ſuo nomine publicè proteſtaretur, & in cunctos qui aderãt, tam ſæculares, quos vocant, quàm Eccleſiaſticos principes, divinæ cenſuræ gladium interminaretur & contra Cæſarem inprimis, &c.* P. Cardinalis legatus,coram Notario & teſtibus, voce & ſcripto profitetur,ſe juſſu S. D. N. requiſiviſſe, monuiſſe, pluriesque ob D. N. Iesu viſcera obteſtatum,ne permittãt ut conſentiant deveniri ad tacitam vel expreſſam confirmationem receſſus Anni 1555. ob quam aliquâ ratione vel modò minimâ etiam in parte Concilii Trid. decretis,præſertim in eius dogmatis præiudicari poſſit. Gabut. in vita Pii V. l. 2. c. 2. ſcribit Cardinali

Com-

Commendono ex Polonia reduci Pium juſſiſſe, ut Comitiis Auguſtæ, Vindelicorum Maximiliano Cæſari, intereſſet, ne ſe incōſulto quicquā in 'iis, ad Eccleſiaſtica dogmata pertinens, ſtatueretur, oſtentatâ etiā Cæſari ipſi, ſi quid ejusmodi permitteret, abdicatione ab imperio & aliis ditionibus. Et tamen repertus eſt Argentinæ Prædicans, qui audacem calamum ſtringens, audet ſcribere & concludere; negotiationem Commendoni nomine Pontificis inſtitutam Pacem religionis non ſpectaſſe. Quis non dicat malè huic tam publicæ impudentiæ?

§. 3.

Alia via Pio V. occurrit Catholicus.

& dicit: *Commendonum equidem Receſſui Anni* 1555. *contradixiſſe, quatenus vel minima parte Concilij Tridentini decretis, præſertim in eius dogmatibus, præiudicare poſſet.*

Bonum factum. Jam perge.

Et nos quoq; ſub eadem forma eidem contradicimus, ſed negamus pacificationem illam, aut Amneſtiam nuperam, &c. aut eam, quæ hodie proponitur, Concilij Tridentini dogmatibus ulla in parte adverſari.

Ea equidé verba bona ſunt, ſed rem deſidero. An nō repugnat decretis Concilij Tridentini, bona Eccleſiæ invadi & alienari à ſæcularibus? Epiſcopatus & Archiepiſcop. in Ducatus purè politicos converti? Juriſdictionem Epiſcoporum Eccleſiaſticam, in perpetuum extingui? Pœnas hæreticis inflictas lege publicâ abrogari? idq; ſine ſcitu Pontificis? imò eo repugnante & contra Proteſtante? An non vel in minimâ parte dogmatis Tridentini adverſatur, hæreticis poteſtatē cōcedi liberam, errores ſuos profitēdi, docēdi, propagādi? Catholicos Doctores expellēdi? ſubditos, vel ad hæreſin, vel ad exilium cōpellendi? Quæ hæc reſeſt? Si hæc tam gravia, tamq; intolerāda tolerando, negas te ne in minimâ parte de-

O cretis

eretis Concilij Tridentini cõtraire, quid de te exſpectare habemus? Quid erit demum res magna, ſi hæc tam magna ne ſunt quidem minima pars?

At dogmatis Concilij per pacificationem non contradicimus. Non docemus hæreſes in Concilio damnatas.

Nec Maximilianus Cæſar Pacem religionis admittendo hæreſes docebat. Norat id Commendonus. Sed tantùm in pactum Imperij publicum Anno 1555. deductam Pacem confirmare moliebatur. Hoc Commendonus à Pontifice vetitum, hoc ſibi ne fieri permitteret à S. D. N. injunctum, hoc Concilio Tridentino præjudicare exiſtimabat. Enim verò duplici modo decretis & doctrinæ Concilij repugnare quis poteſt.

Primùm, ſi illius ſtatutis & Canonibus adverſa, poſitive faciat, & doceat. Tum deindè, ſi ea adverſa, ab aliis fieri & doceri conſentiat. Ac priori quidem modo Cæſar, aut ſtatus Catholici Concilio minimè repugnabant, neq; de hoc Commendonus Legatus fruſtraneas minas & proteſtationem interponebat, verùm cum alterum illud, non abſque fidei, & religionis & Concilij injuriâ fieri videret, auctoritate Pontificis uſus, interceſſit, & tacitum etiam in Receſſum Anni 1555. Conſenſum, tanquam qui Concilio præjudicaret, damnavit. Noverat Vir prudentiſſimus quid ageretur. Non ignorabat Cæſarem ſtatusq; Catholicos, Confeſſionem Auguſtanam illâ pace minimè approbare, ſed modo tantùm in Receſſu præſcripto tolerandam ducere. Et tamen mandato Pontificis contra proteſtatus eſt. Ergo tolerantiam illam, ut Concilij Tridentini decretis & dogmatis contrariam juſſu & voluntate Pij V. damnavit.

V. Urbanus VIII. Pont. Max.

§. 1.

Datis Ann. 1631. literis ad Nuncium ſuum. Item, 1634. ad Legatum Electoris Moguntini. Item, 1643. ad Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Epiſcopum Auguſtanum. Item, Proteſtatione per Legatum ſuum à latere, Ratisbonæ 1641. interpoſitâ, apertè indicavit eam ſe pacis ineundæ rationem vehementer improbare, neq; adeo probare poſſe, verba formalia exſcripſit Erneſtus in judicio.

§. 2.

§. 2.

Prædicans cavillatur.

EIuſmodi literas, ſuppoſuiſſe errorem Pontificis, qui crediderit non eſſe caſum neceſſitatis. Vel pro ſuggeſtionibus & privatis conſultationibus habendas, quæ non adeo in conſcientia obligent.

Non erat is Pontifex Urbanus, ut ſtatum Germaniæ ignoraret, aut ignorare poſſet.

Porrò, ut reſponſa Pontificis, privatæ fuerint ſuggeſtiones, puto tamen rectiùs facturos Catholicos, ut iis obſequantur, quàm vanis Politicorum, quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti, quærentium, Conſiliis animum advertant.

§. 3.

Nonnemo Catholicus metuit.

MEtuit ne qua parte narrationis & informationis fuerit ſuæ ſanctitati obreptum.

Calet ſcilicet à furno adhuc recenti breve Urbanianum. Non audet attingere. Timet unguibus ſuis catus politicus. Veretur ſcilicet, ne ſuæ ſanctitati ſit in illo negotio ſubreptum. Nimirum in negotio tam publico, Pontifici tot annorum uſu & experientiâ edoctiſſimo, informatio ſequior potuit obrepere?

O effugium.

ACIES EXEMPLORUM

III.

Cæſares, Principes, Statusq; Catholici.

I. *Honorius Imperator.*

CUm ob periculum, quod Africæ ab Attalo Tyranno, & Donatiſtis, ſi ſe Attalo, ut timebatur, conjungerent, iisdẽ Donatiſtis, reſcripto dato, libertatem religionis ſuæ permiſiſſet, tamen rogantibus deinde Epiſcopis, quod ea res fidei Catholicæ plurimum officeret, lege latâ revocavit. Imò paulò poſt miſſo in Africam Tribuno Marcellino ad collationem hæreticos adegit, in qua illi convicti, & magnam partem Eccleſiæ ſunt reſtituti, teſte S. Aug. in geſtis cum Emerito.

§. 2.

Reſpondet Dorſcheus.

1. *NOn conſtat ideo Honorium revocaſſe edictum, quod exiſtimarit eiusmodi permiſſionem hæreſi directè vel indirectè cooperari. Potuit enim id facere, quod Donatiſtæ, illa legis abolitæ indulgentia abuſi, horrenda flagitia perpetrarent.*

Quòd ſi ideo fecit, ut ea ſcelera impediret: Ergo ideo fecit, quod exiſtimaret ſe teneri ad ea impedienda, & niſi impediret reum futurum. Atqui exiſtimat ſe, niſi hæreſin ejusq; flagitia impediat, reum futurum, in actu exercito exiſtimat, ſe, niſi obſtet malo, illi indirectè cooperaturum. Quid enim eſt cooperari malo indirectè, niſi cum poſſis & debeas, illud non impedire? Ergo, cùm Honorius per Edictum Donatiſtas coërcuit, ideo

ideo in actu exercito, & quoad rem ipſam, fecit, ne indirectè eorum ſceleribus & perfidiæ cooperaretur.

2. *Nunquam factum eſt ab Honorio, quod Baronius factum narrat. Non eſt lata lex ab Honorio.*

Tam audacter Prædicans? Proba.

Conſilium Africanorum Epiſcoporum eſt habitum, menſe Iunio, ſub Conſulatu Varanis, in Oriente creati.

Bene habet: Adde cætera.

Ergo oportuit illam legem, de libertate Donatiſtis concedenda, prius per latam fuiſſe. Sit ita.

At Kalend. Martij, Varane Conſule, Honorius & Theodoſius repetiverunt edicta, quæ ab Anno Chriſti 395. varia promulgarant, ut videre eſt in Cod. Theodoſ. de hæret. l 30. 31. 32. &c. imò hoc ipſo Conſule Kalend. Martij, l. 48. de hæret. eod. Cod. Theodoſ. in hæreticos graviter decernunt.

Demus etiam hoc. Quid infers? Ergò eodem anno Honorius non indulſit iiſdem hæreticis in Africa? O te ſimplicem, ſi non vides! Theodoſius in Oriente, ſuo & Collegæ Honorij abſentis, & in Occidente regnantis nomine, publicam legem promulgat, in hæreticos; interea tamen Honorius (legis fortè in Oriente latæ adhuc inſcius) in aliqua Imperij parte, neceſſitate preſſus, legi ad tempus derogat. Quid hic adverſi? At non poteſt fieri, ut eodem tempore lex univerſim pro omnibus edatur ab uno, & ab altero pari poteſtate prædito, certâ quadam religione ſtringatur?

Attalus necdum defecerat, cum hoc Concilium celebraretur in Africa. Nam Attalus defecit demum circa tempus urbis ab Alarico captæ.

Imò ſat multo ante tempore Concilium celebratum fuit Junio menſe. Urbs capta nono Calend. Septembris ejuſdem anni, ut auctor Miſcellæ ſcriptis prodidit, & rectè colligit Baronius, ex Edicto Honorij dato 8. Idus Auguſt. Varane Conſ. in quo mentio fit Reip. à tyrannide, nimirum Attali (hic enim Tyrannus appellatur ab Imperatore) liberatæ. Atqui omnes conſentiunt, poſt pulſum, & purpurâ exutum Atta-

 lum

ſam Urbem ab Alarico interceptam. Ergo. Quod ſi Attalus 8. Idus Auguſti jam profligatus erat, quomodo in Junio necdũ defeciſſe probabis? Quid ſi verò conſtet Attalum jam tum Februario menſe rebellaſſe? Certè Honorius edicto prid. Idus Februarij Varane Conſule Ravennæ cavit, ut ij quos inter incendia Tyrannidis aſſumptæ fidelis pœnitudo revocavit, ordinem & fructum malitiæ non amittant, l. 11. de indulg. crim. C. Theodoſ.

Quis verò alius eo anno Tyrannus in Italia quàm Attalus? Alaricus hoſtis, non Tyrannus Imperij dicebatur, ut nemo, niſi Romani ſermonis imperitus, unquam negarit. Vin' & illud? Honorius 7. Calend. Julij, nunquid in menſe Junio? ad Macrobium Africæ Proconſulem perſcripſit, *conſiderata Africæ devotione* (quâ nimirum in fide perſtiterant, inſectando eos, qui ab Attalo miſſi fuerant) *debita publica chartis, abolitis condonare? l. 6. de indulg. debit. C. Theodoſ.*

Ergo falſum eſt, quod tu aſſeris in Junio, cum Concilium Africanum celebraretur, Attalum necdum ab Imperio deſciviſſe.

At poſt Vrbem captam expeditio Africana ab Attalo decreta fuit.

Falleris, aut fallis, mi homo, *Zoſimus & Sozomenus teſtes ſunt.*

Falleris; non ſunt teſtes. Dicunt Alaricum, portu Romano occupato, coëgiſſe Cives, ut Attalum Urbis præfectum, purpurâ & Imperatoris nomine inſignirent, civitatem autem tunc temporis captam fuiſſe, illi non dicunt, ſed tu pro libitu Prædicantico fingis. Audiamus Sozomenum. Is l. 9. c. 8. refert, quæ tu exſcripſiſti, Alaricum Romam oppugnaſſe, portum ex altera parte occupaſſe, coëgiſſe Romanos Attalum Imperatorem creare, ab eodem accepiſſe munus ducendi exercitus, Attalo nequicquam ſuaſiſſe, ut copias in Africam, Heracliano Honorij Duci oppugnando, mitteret, cum eodem Attalo Ravennam verſus, & Ariminum profectum.

Deniq; cum videret, non poſſe ſe rem ex ſententiâ conficere, mutato conſilio, Attalum ante Urbem (Ariminum Zoſimus expreſsè nominat, l. 6. prope fin.) in qua tum Alaricus morabatur, diademate & purpurâ exuiſſe, hæc imperij inſignia Tyranno detracta Honorio remiſiſſe.

Tum deinde cap. 9. ob haſce res non mediocriter turbatis homi-

num

num animis, *non multo poſt*, inquit, *Alaricus cum veniſſet ad Alpes, (locus hic eſt plus minus, ſexaginta ſtadiis Ravenna diſtans) cum Imperatore de pace communicat. Sarus autem quidam natione barbarus, ſed in rebus bellicis egregiè exercitatus, qui circiter trecentos ſolos, omnes tamen ſtrenuos ac fideles ſecum habebat, cum Alarico ob priorem ſimultatem ſuſpectus eſſet, conſiderabat ſibi nequaquam utilia fore inter Gothos ac Romanos percuſſa fœdera.*

Ideoq; repentè cum ſuis irruens, nonnullos ex barbaris interficit. Hinc igitur & metu & ira ſimul percitus Alaricus, eadem via revertitur & Romam obſidione cinctam per proditionem capit, ac militibus ſuis univerſis ac ſingulis permiſit Romanorum opes diripere, utcunque poſſent, omnesque domos eorum deprædari, &c.

Quis jam hic D. Dorſch excuſet, cum dicit, expeditionem Africanam ab Attalo decretam, poſt captam ab Alarico Urbem? An non Sozomenus enim narrat, Attalum ab Alarico imperij inſignibus prius ſpoliatum, quàm Romam caperet & ſpoliaret? Quis huic Prædicanti fidat.

At Sozomenus fefellit Baronium.

Pulchè. Quid, ſi dicam te falli à Socrate indiſtinctiùs rem enarrante, vel potiùs à tuo capite?

Non Unus Baronius Sozomeno credidit: Proſper, Marianus Scot. Florent. Wigorn. Jordan. Cuſpin. Philoſtorg. Olympiador. vel te ipſo teſte p. 197. idem crediderunt. Neq; tantùm Sozomeno Cardinalis fidit, ſed ex Miſcellâ & edictis Honorij ex Cod. Theodoſ. depromptis certiùs probavit, quàm ut à te everti poſſit.

3. *Quin & oraculum illud, quod Honorius revocat, non erat indulgentia, vel lex ab Honorio conceſſa.*

Quin probas? *Ex hiſtoria & verbis Imperatoris perſpicuum eſt.*

Dicis tantùm Prædicans:

Apoſtata Iulianus libertatem Donatiſtis dederat.

Eſto. *Hanc revocarit Honorius, & oraculi nomine indigitarit.*

An ve-

An verò hoc ex hiſtoria & verbis Imperatoris perſpicuum eſt? Et quæſo quid opus iſtud Juliani reſcriptum revocare, cùm jam ante ab eodem Honorio, reſcripto ad Hadrianum l. 37. Cod. Theodoſ. ad hæret. abolitum eſſet, ut tu ipſe fateris?

Intellexerit Honorius Gratiani edictum, quo cavit, ut quam quisq; Religionem & cœtum ſectari vellet, id ei liceret, exceptis Manichæis, Photinianis & Eunomianis.

At quo judicio dicis intellexiſſe? Ita quivis maleferiatus Baronium confutet. Deniq;, miſsâ hâc totâ contra Cardinalem Baronium lite. Fuerit ab Honorio conceſſa libertas, non fuerit. Attalus poſt captam urbem ab Honorio defecerit. Non fuerit Honorij edictum poſtridie urbis captæ publicatum. Datis his omnibus & non conceſſis, manet nihilominus vis argmenti ab Erneſto adducti.

Negari enim non poteſt verum eſſe, quod Oroſius l. 7. cap. 24. teſtatur.

Honorium licet undiq; bellis obrutum, & à multis Tyrannis oppreſſum, à Religionis Catholicæ, adverſus hæreticos, tuendæ ſtudio, non fuiſſe paſſum abſterreri, & oracula vel indulta quædam fovendis Donatiſtis, unde, unde, & à quo demum Cæſare conceſſa, revocaſſe, tunc cùm magnis undiq; neceſſitatibus premeretur. Premebatur à Gothis in Italiâ, Alarico adeo ſe ferociter ubiq; gerente, ut Imperator vix Ravennæ mœnibus ſatis defenſus ac tutus eſſet. Magni ejus intererat Africam in officio tunc temporis continere, & Donatiſtas, qui plurimum illic, & numero & robore valebant, beneficiis & indulgentiâ ſibi demereri. Norat inſuper, nullâ ſe eos re tantopere conciliare & obſtringere poſſe, quam ſi publicam fidei & religionis, quam exoptarent libertatem, Cæſareâ auctoritate indulgeret.

Nil tamen horum Catholicum principem impedivit, quo minùs, & ſua voluntate, & Epiſcoporum precibus incitatus, veterem legum ſeveritatem in Donatiſtas Africanos exſeri, & ut ne inauditos ſe damnari clamitarent, ad Collationem cum Catholicis inſtituendam, & veritatem fidei noſtræ audiendam compelli juberet: Atq; eâ quidem pietate commeruit, ut Tyranni, qui multi & magni in Galliâ, Britanniâ, Hiſpaniâq; in eum conſurgebant, divinâ ope obtererentur. Teſtatur id Sozomenus l. 9. c. 11. 12. 13. 14. 15. 16. ubi initio ita concludit.

Sed

Sed hæc recenſere non eſt huius temporis. Neceſſario tamen ideo commemoravi, ut hinc ſciremus. Imperatori ad conſervationem imperii ſui ſufficere, ſi Deum ſtudioſè colat, ac ſit qualis hic Imperator extitit: Aderat autem ipſi & Galla Placidia, ſoror eius ex Patre, conſimiliter magnam gerens curam pro religione & Eccleſiis. Quid ni concludamus pro Erneſto? Pergat optimus Imperator noſter eſſe qualis fuit Honorius, magnam gerat curam pro religione & Eccleſiis non concedat, pacem illicitam hæreticis, nec deerunt Deo arma ut hominibus deſint, quibus omnes eos deiiciat, qui Imperium ipſius audebunt invadere.

§. 3.

Inſtat Theologus Catholicus quiſpiam.

1. H*Onorius libertatem religionis Donatiſtis conceſſit. Ergo licet concedere.* Ita ad tempus, cum ratio urgens & quam diu ſubeſt. An hoc negat Erneſtus? Quin ita ille exemplum vrget. Honorius libertatem ad tempus conceſſam, cum ab Epiſcopis intelligeret, in damnum fidei publicum, & maius detrimentum vertere, etſi ſummâ eſſet rerum omnium neceſſitate tantùm non oppreſſus, tamen revocavit. Ergo & Cæſar hodie libertatem perpetuam, quæ in perniciem religionis manifeſtam tendit, Proteſtantibus neget.

2. Reponit Erneſto, *eundem Honorium VViſigothis hæreticis in Vaſconia, & Gallia Narbonenſi, & ethnicis Burgundionibus in Gallia non ſine Eccleſiarum damno ſedes perpetuas conceſſiſſe. Sanè hinc ſequitur*, inquit, *non eſſe intrinſecè malum hæreticis Eccleſias relinquere.*

At Contra. I. Eſto, VViſigothis hæreticis & Burgundis paganis terras conceſſerit. Non erant illi ſubditi, ſed Orbis Romani invaſores, quibus cum Honorius, reſiſtendo non eſſet, maluit partem Imperii ter-

reſtris, quam extorquere vi non poterat, relinquere, quam bello longè periculoſiori decernere. Planè uti quando Turca, partem Hungariæ armis abſtulit, neq; aliter barbarus hoſtis pacem concedere vult; Cæſari noſtro licitum eſt, eas illi regiones in perpetuum relinquendas paciſci, nullâ habitâ ratione, quod ingens fidei noſtræ detrimentum inferatur. Neque enim Cæſari incumbit Saracenos, extra ſuum Imperium & ditionem poſitos, coërcere ut ne ſint infideles, aut Chriſtianos qui eius poteſtati ſubeſſe deſierunt cogere, ut ne ſint hæretici. At ut ſubditi eius, quàm diu manent ſubditi, fidem & religionem eiurent, ut hæreſis in ipſius imperio, abſolutè, in perpetuum, hoc eſt etiam tunc cum omnis maioris mali metus aberit, & abfuturus prævíſus fuit, impune ab ipſo tolerata & defenſa floreat, vigeat augeatur, id iam nemo Catholicus Theologus approbet. Improbè ergo accuſatur pientiſſimus Imperator, qui ſuis ſubditis hæreſis impunitatem non permiſit, ſed extraneis, nihil ad ſe ſpectantibus, libertatem, quam non poterat, neque tenebatur adimere, prudenter reliquit.

2. Eſto fecerit hoc poſterius Honorius. Quid tum? Malè equidem fecit, neque tu rectè concludas quod facere videris, non eſſe per ſe & intrinſecè malum, hæreticis Eccleſias relinquere. Exempla Regum non ſunt certa liciti regula. An verò te non exterret nomen Gothorum ab Honorio in imperium admiſſorum? Illi ipſi deinde (Deo Vltore ita permittente) Galliam, Hiſpaniam, Italiam, imò Romam Honorio & Honorii ſucceſſoribus ademere. Quid? an non & Gothi ſunt, qui modò in Imperio proiectum infauſtæ pacis præcipuè urgent? Terreant nos hæc nomina; Imperio Romano ſemper tremenda.

II. *Sigiſmundus Imperator.*

§. 1.

POſt multas clades ab Huſſitis acceptas, cum neq; æquas inducias impetrare ab Huſsitis poſſet, tamen petitam religionis libertatem, & utriuſque ſpeciei uſum & Eccleſiaſticorum bonorum uſurpationem denegavit. Et Deo hanc conſtantiam eius remunerante eluſis ſpe inani hæreticis, Regiam Bohemiæ coronam eſt indeptus, referente Bzovio to. 15.

An. Chr. 1420. n. 9. Inſpice quiſquis es Sigiſmundi, & re & nomine ſucceſſor, & fac ſecundum exemplar.

§. 2.

§. 2.

Reſpondet Prædicans.

Debuiſſet Erneſtus porro pervoluere, quæ Bzovius, *Anno* 1436. *n.*31 *& alibi de Sigiſmundo refert.*

Sed quid ſi legiſſet? Reperiſſet multa Huſſitis poſtea indulſiſſe? Ita. Sed reponeret Erneſtus; illa Sigiſmundum & malo exemplo, & magno ſuo damno feciſſe. Quæ rectè egit, imitemur, quæ malè deteſtemur.

§. 3.

Addit nonnemo Anonymus.

1. *Concilium Baſileenſe Huſſitis utriusque ſpeciei uſum in Euchariſtia indulſit.*

Sed quid hoc ad rem? Concedi à Concilio potuit.

2. *Æneas Sylv: hiſtor. Bohem: c. 52. & alii ſcribunt, Sigiſmundum conceſſiſſe Huſsitis Eccleſias Catholicorum in Comitiis Iglavienſibus.*

Reſpondeo, hæc narrari ab Ænea Sylv. An. 1436. Iglaviæ Huſſitis conceſſa, & ſe id reperiſſe in vetuſtis quibusdam codicibus exaratum, fatetur Cochlæus l. 8. Hiſt. Huſſit. Meritò tamen, an ita ſe res habeat, dubitari poteſt. Nam teſte eodem Cochlæo, vetus liber quidam, contra prætenſas illas Sigiſmundi conceſſiones diſputans, dicit: non eſſe veroſimile Cæſarem Chriſtianiſſimum tam reprehenſione digna egiſſe. Subdit deinceps Sigiſmundum ſtatim atque Pragam venit, eodem anno, Canonicos & Monachos ab exilio ad proprias Eccleſias revocaſſe, Ioannem Rokizanam minis in exilium egiſſe, Thaboritis hæreticis tantùm quinquennium indulſiſſe, ut ritu ſuo viverent, eâ tamen lege, ut interea ſingulis annis tributum extraordinarium penderent, cumque paulò poſt nefandam eorum conſuetudinem inau-

diſſet, dixiſſe, ſe haud exſpectaturum quinquennii terminum, ſed propediem correpturum ſceleratæ Civitatis inſaniam. Hæc & alia de Sigiſmundo Cochlæus. Ex quo colliges vel falſum eſſe quod de Sigiſmundi conceſſione quidam narrant, vel ut Æneas putat, promiſiſſe hæc neceſſitate magis, quàm voluntate, ideoque quamprimum in melius mutaſſe. Ego priorem ſententiam potiorem duco, tum quia, contra Sigiſmundum, Monachos & Canonicos reducentem, nihil queſti reperiantur Huſſitæ, quod abſque dubio facturi fuiſſent, ſi verum eſſet, quod de pactis Iglauienſibus aſſertur. Adde, non eſſe credibile, Cæſarem ea quæ in Comitiis ſolennibus ſpopondiſſet, eodem ſtatim anno, tam ſubitariâ levitate evertere voluiſſe. Non ſolent Reges, fidem publicè datam, etiam quando cauſa ſubeſt, tam temerè violare.

III. *Carolus*, V.

§. 1.

ETſi in nimiam initio indulgentiam deflexit, tamen poſtea, non modò pœnitudine ductus, indoluit, ſed & pleraſque pacis conceſſæ conditiones, defectu poteſtatis irritas declaravit. Teſtimonia huius rei authentica Erneſtus fideliter in Iudicio exſcribit. Quare ſi res æquâ rationis lance trutinetur, nequidem indirectè in pacem religionis conſenſiſſe dicendus erit, cum neque eius ſanciendæ Regi Ferdinando poteſtatem (utpote quam minimè habuiſſe profitetur) conceſſerit, neque per Commiſſarios ſuo abſentis nomine ratam haberi voluerit.

§. 2.

Prædicans ἀντιχρίνει.

PRivatis diſpoſitionibus, ſcriptis, inſtructionibus, meritò fidem denegari, cum publica pacis religioſæ palam initæ inſtrumenta extent.

At inſtrumenta illa non refutant Caroli internum ſenſum. Non probant

probant Cæſarem non agnoviſſe iuris & poteſtatis defectum, aut per Commiſſarios ſuos ſuo nomine ratam haberi non voluiſſe. Demum, eſtô, inſtrumenta talia omnes privatos ſenſus contrarios aboleant in foro externo, ſeu foro fori, ut dicitur, non ſanè aboebunt in foro interno, ſive poli, quod Theologos, vel maximè convenit ſpectare.

IV. Ferdinandus I.

§. 1.

HIc pacis licet auctor, animo tamen reluctante, multis, priùs profuſis lachrymis, inuitus ei ſubſcripſit, teſte Paulo V V. Certè quàm bene agnôrit, nullam ſibi in bona Eccleſiæ competere poteſtatem, moriens, cum ſaniſsima hominum ſolent eſſe iudicia, teſtamento ſuo profeſſus eſt. Exſcribit Erneſtus fideliter in Iudicio. p. 40. & 41.

§. 2.

Opponit Prædicans.

IDem quod paulo ante.

Pro inſtrumento præſumi. Inſtrumentum habere probationem probatam.

Ita equidem ſit in foro fori. In foro poli quid? Non ibi valet præſumptio.

§. 3.

Subnectit de utroque Anonymus.

QVa de Carolo 5. & Ferdin. 1. narrat Erneſtus nihil aut parum efficiunt.

Certè ſi vera ſunt, efficiunt, pacem religionis meritò nobis non pro-

 barii

ſtari „ quæ ne auctoribus quidem ſuis probata fuit.

Vtinam pergit, *illam pacem religionis nunquam admiſiſſent, nihil opus fuiſſet ipſos eius admiſſæ pœnitere.*

O Utinam verò tu pœnitudine tantorum virorum edoctus, non ea modò principibus ſuadeas, quorum & te & illos in altero ſæculo pœniteat! Cave ne idem, quod tu modò illis accinis, VTINAM, tibi & iis quibus talis pacis auctor exiſtis, ſerò nimis & ſine fructu, etiam aliquando accinatur.

Negamus fuiſſe eos in pari nobiſcum neceſſitate, utpote qui rebus adhuc firmis, minimeque attritis victorioſi, hoſtium ſuorum domitores exiſterent.

Fruſtra, mi bone, obtenditur neceſſitas. An ulla neceſſitas permittet mentiri etiam leviter? Edic Theologe. Atqui hæc pax, feralibus illos circumſtantiis affecta, multo eſt mendacio levi tetrior. Supra oſtendimus. Ergò nulla neceſſitas hanc pacem permittit. Quid ergo illa toties & importune inculcatur? Minor, maior, maxima, nulla, nulla neceſſitas rem, de ſe inhoneſtam, excuſat.

V. *Cardinalis Otto Truchſeſſius.*

NE latum quidem unguem ab hac doctrinâ recedere voluit; ideoque proteſtatione publicè editâ, paci illi obnunciavit, intercesſit, interdixit, Libet proteſtationis tam omni ævi memorabilis formam hîc exſcribere.

Wir Otho/ von Göttlicher Erbärmbde/ der Heiligen Römiſchen Kirchen Prieſter Cardinal vnd Biſchoff zu Augſpurg ꝛc. Bekennen vnd erklären vns hiemit diſer vnſer eygenē Handſchrifft/ dz wir allen geliebten Frieden würcklich befürdern/ vnd trewlich halten wöllen/ auch gegen jemand nichts feindlichs fürnehmen/ daneben aber erklären wir vns/ von Mund vnd Hertzen/ daß wir in fürgeſtellte Notul vnd Mittel/ der Religion vnd was derſelben anhangt/ in diplomatibus, iurisdictionibus, rebus & perſonis betreffent/ weder viel noch wenig bewilligen könten oder wöllen/ ſonder verhoffen bey vnſer Pflicht ſo wir der Päbſtlichen Heiligkeit vnd dem Römiſchen Stuel/ auch der Kayſ. Majeſt. vnd dem H. Reich gethon/ in allen Puncten vnd Artickeln vnverletzt vnd vnverbrüchlich zu bleiben/ Eh wir auch vns darauß zu einige Tractat einlaſſen/ eh wolten

wir

wir vnſer Leibs/Lebens vnd was wir auff Erdreich haben/ſtandhafftiglich verſelben / vnd wöllen vor Gott vnd der Welt hiemit vns außtrücklich vorbehalten/bey vnſerm Ayd vnd Pflichten/wie ein beſtendiger Chriſt vnd geborner Teutſcher/biß in Tod zuverharren. Actum Auguſtæ in palatio noſtro Epiſcopali; die 23.Martii Anno 1555.

Idem Otho Cardinalis & Epiſc. Auguſtanus &c.propria manu ſcripſi & ſubſcripſi.

Id eſt: Nos Otho,miſeratione divinâ,S.R.I.presbyter Cardinalis & Epiſcopus Auguſtanus &c. Fatemur ac declaramus hoc noſtro chirographo,quod omnem amatam pacem efficaciter promovere,&ex noſtra parte fideliter ſervare, neq; erga ullum hoſtile aliquid moliri velimus: Iuxta hoc autem profitemur ore & corde, quod in propoſitas notulas, ſeu media religionis,&quicquid ei adhæret in dogmatibus,iurisdictionibus,rebus ac perſonis multum,vel parum conſentire, neq; poſſumus neq; volumus: Sed ſperamus,nos in iuramenti noſtri vinculo,quod Pontificiæ ſanctitati,ac Romanæ Sedi & Cæſareæ Majeſtati ſacroq; Imperio præſtitimus, in omnibus punctis & articulis illæſos & inviolatos eſſe permanſuros: Ac potiùs,quàm contra hoc in aliquem tractatum conſentiamus, corpus,vitam,&quicquid in terris habemus,conſtanter derelinquemus:Idq; coram Deo, & toto mundo expreſsè reſeruatum nobis volumus, quod in iuramenti noſtri vinculo,ut conſtans Chriſtianus & natus Germanus uſq; ad mortem perſeverabimus. Actum Auguſtæ, in Palatio noſtro Epiſcopali die 23.Martii,Anno 1555.

Idem Otto &c.

O fœlix Germania, ſi plures eiuſmodi Epiſcopos eo tempore habuiſſet!

§. 2.

Reſpondet Prædicans.

PRoteſtatio Ottonis nihil conſcientiam morari debet. Eccur? Partim quia rationes eius ſolidæ nullæ comparent;

An iuramentum ſedi Apoſtolicæ præſtitum non ſolida ratio? Scilicet proteſtari, ne periurus ſis, nulla eſt apud Prædicantem ratio.

Othonem

Othonem ad intercedendum, impulit, officii Epiſcopalis munus, Sacramenti Sancta religio, fidei Catholicæ conſeruandæ debitum, denique pacti illius iniquitas.

Partim, pergit, *quia tot Archiepiſcopi, Principes, Imperator ipſe, Theologis fretus, à Cardinali diſſenſerunt.*

De Imperatore paulo ante dixi, quàm non conſenſerit. Quibus Theologis freti, pacti ſint Principes, neſcimus. Verendum equidem vehementer, ut ne paucos conſuluerint. Neque tam videndum eſt, quid plures fecerint, quàm quid ij, qui majori & meliori iure agebantur, fecerint. Homines non turbâ, ſed ratione duci oportet.

§. 3.

Submurmurat adhuc non nemo.

PRoteſtatio Othonis Cardinalis & aliorum ſit benedicta: non ideo ſequitur quod hodie in tantis rerum anguſtiis, & periculis, quivis alij teneantur eodem modo proteſtari.

Sanè ſequitur. Aut enim proteſtationi illi dicere oportet malè, aut eius exemplum ſequi. Periculum ſit hodie maius, minus, non refert. Nullum periculum tantum eſt, ut Sacramentum ſedi Apoſtolicæ ſanctè dictum fas ſit violare. Nulla anguſtia tanta, quæ pacem de ſe illicitam, reddat licitam. Cardinalis ille laudatiſſimus exiſtimavit, perpetuam hæreſi impunitatem (pati ſi ei eiuſmodi eſſe), ut vita homini Chriſtiano & nato Germano, ponenda ſit priùs, quàm ut aſſentiatur. Atque in hoc iudicio plures equidem ab illo diſcrepaſſe, negari non poteſt. Verùm an ij iudicio meliores fuerint, id controvertitur, & meritò negatur.

V. Sta-

V. *Status Gallici Catholici.*

§. 1.

SÆpe improbarunt libertatem Religionis Hugonottis, licet non tam iniquis conditionibus, uti noſtra eſt, conceſſam, cùm non ſit pacto perpetuo firmata. Auctor eſt, Henr. Spondan. an. 1599. Edicto Nannetenſi, quo præcipuè ea libertatis conceſſio continebatur, clerum Gallicanum interceſſiſſe, ex Senatoribus Parlamenti Pariſini plures averſos, neque adeo à Rege publicationem illius niſi poſt multas & magnas difficultates obtentam fuiſſe.

§. 2.

Prædicans regerit.

1. N*On eſt par neceſſitas noſtra.*
Vnde verò noſti? Certè Henr. IV. invicti animi miles, impavidusque ad omnia, Galliarum Rex, eam iudicavit regni ſui eſſe neceſſitatem, ut, quamvis Catholici ægriùs ferrent, Hugonottos eâ libertate pacandos, & in officio continendos eſſe exiſtimaret. Certè niſi ſupremam, hoc eſt noſtro, ut tu dicis, ſimilem putaſſet, nunquam bellator cordatiſſimus, ad eam pacem hoſtibus Eccleſiæ largiendam animum generoſum pugnacemque dimiſiſſet.

2. *Argumenta Erneſti valent in illam Hugonottis datam pacem.*

Primum eſto, valeant. An hoc Erneſto officit? Ideo equidem dicere t Erneſtus, ſe Clerum & Status Catholicos Galliæ collaudare, quòd paci intercedere ſint conati. Secundò tamen, nego quicquam valere in pacem Hugonotticam. Non eſt ea perpetua abſolutè & ſimpliciter. Fortiter id negat Erneſtus, & iure meritiſſimo negat. Rex Gallorum uti impunitatem hæreſios, & libertatem conſcientiæ, (ita vocant) Hugonottis in ditione ſua permiſit, ita & poteſt pro libitu, quando illi cunque

viſum fuerit, revocare & amoliri. Eſt Edictum Nannetenſe, non autem pactum conventum. Non obligatur Rex ſubditis ſuis, quibuſcum nunquam paciſcitur. Le Roy ne pacti ſe point auec ſes ſubiects. axioma Francicum eſt.

Vocatur. Edict perpetuel & irrevocable.

Vocetur, dicatur, ſcribatur, imprimatur ita. Nihil refert. Nullum edictum, aut ſanctio pragmatica, aut lex à ſuperiori, pro poteſtate, lata, eſt ſimpliciter & abſolutè perpetua, ſed tantùm ſecundùm quid, hoc eſt, donec ab eo qui eandem, aut parem, aut fortè maiorem poteſtatem habet, revocetur. An non vidiſti conſtitutiones & decretales Pontificum? Quoties non expreſsè habent:

Hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione præcipimus, ordinamus?

Ideò ne ſimpliciter perpetua eſt? An non idcirco poteſt, vel ab ipſo qui legem tulit, vel à ſucceſſore, legitimè & validè abrogari? Valde plumbeus es Prædicans, ſi iſtuc non intelligis. Quare Edictum Baſilicum, quo libertas Hugonottiſmi in Galliis conſtituitur, eſt perpetuum ſecundùm quid, id eſt; non certo temporis ſpacio expreſsè definitum & concluſum, non tamen abſolutè & ſimpliciter, quia eſt lex, quæ ex naturâ ſuâ non obligat Regem, neque eius ſucceſſorem, neque adeo poteſt obligare, ut illi fas non ſit, cùm ratio & æquitas ita poſtulabit, contrarium ſtatuere. Lex ſubditos tantùm obſtringit: Atqui Edictum Nannetenſe, & quodvis eiuſdem generis eſt lex: Ergo tantùm ſubditos obſtringit: Atqui Rex qui edixit, eiuſque ſucceſſor non eſt ſubditus, ut per ſe clarum eſt: Ergo edictum Nannetenſe neque Regem Galliæ, neque eius ſucceſſorem obſtringit: Ergo Rex & ſucceſſor poteſt illud abolere: Ergo Edictum non eſt ſimpliciter perpetuum. Iam ſic: Si edictum pacis Hugonotticæ non eſt conventionale & perpetuum utrinque: Ergo fieri poteſt, ut ſit licitum, neque ab argumentis Erneſti impugnetur.

§. 3.

An libertas conſcientiæ Gallis conceſſa ſit per ſe licita.

RESp. 1. Conceſſio impunitatis hæreſis temporanea, & revocabilis, ſi maioris mali evitandi, aut maioris boni procurandi causâ, fiat, non eſt de ſe illicita, neque contra eam militant rationes Erneſti.

Reſp. 2. Cùm ergo conſtet libertatem conſcientiæ, in Galliis, edicto baſilico, conceſſam, eſſe ex naturâ ipſius conceſſionis, hoc modo per edictum & ſanctionem pragmaticam factæ, temporaneam & revocabilem, non eſt ex ea parte inhoneſta aut culpanda. Iam verò, utrùm Rex legitimas ob cauſas, ob malum reuera maius amoliendum, aut maius animarum & Eccleſiæ commodum curandum, edixerit, nobis incertum eſt. Certè Henrici IV. eiuſque ſucceſſorum pietas, animique fortitudo, non videtur nobis permittere, ut quicquam dubitemus. Quare ſtatuamus licet, licitam eſſe, & iuri Religionis minimè repugnantem.

Hinc pro Erneſto argumentor. Quod ſi impunitatem Hugonottis conceſſam, etiam de ſe licitam, zelo tamen fidei, Galli Proceres, & præſertim Antiſtites, ægro tulerunt animo, quid nos facere condecet, quibus pax obtruditur, indecora, perpetua, per ſe illicita & inhoneſta? Sed de Gallica libertate inferius plura.

VI. Status Catholici Hungarici.

§. 1.

ANno 1638. in Comitiis Poſonienſibus, cōtra Religionis libertatē, publicâ proteſtatione, ſcripto exhibitâ, ſe oppoſuere. Verba Epilogi exſcribit Er-

bit Erneſtus in Iudicio. An Hungari in minore ſunt neceſſitate conſtituti quam nos? Inter Turcos & hæreticos, velut incudem inter & malleum, intercepti, hos tamen gerunt animos, pro fidei ac Religionis Catholicæ integritate conſervandâ. O Germani, ubi germanum illud antiquæ fidei amans pectus? An *πᾶσι παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός*?

§. 2.

Obſtrepit Hungaris Prædicans.

HÆc pax Hungaris iam antè fuerat conceſſa: *Annis* 1620. 1622. 1625.

Fuerit conceſſa. Noluerunt Catholici ſuo aſſenſu confirmare. Si nihil effecerunt, nihilò tamen minùs laude ſunt digni, & nobis animi conſtantis atque infracti exemplum præiverunt. Hoc ſequamur.

SECTIO V.

Argumenta pro pace ab Erneſto allata, ab eodem refutantur.

SUBSECTIO I.

I. Argumentum pro pace.

Non eſt ex ſe illicita pax: Ergo admittenda.

§. 1.

§. 1.

Reſpondet Erneſtus.

NEgando Antecedens. Se demonſtraſſe adductis ſuprà rationibus, intrinſecè malum eſſe, quia directè & indirectè cooperatur hæreſi, eſt cum iniuriâ Creatoris, tetrior quàm mendacium, &c.

§. 2.

Reponit Prædicans Dorſcheus.

QUid? Verba inania, non cooperari, non eſſe deteriorem, &c.

§. 3.

Argumentatur nonnemo Anonymus contra Erneſtum.

1. R*Atio: Illa pacificatio non eſt de ſe illicita, quæ nulla lege prohibetur: Sed talis eſt Monaſterienſis: Ergo.*

Nego minorem.

Probat *1. Non repugnat legi naturali: quia lege naturali, licet, eligere minus malum, Si quod eligitur non ſit peccatum.*

Bene incipis. Subſume.

Atqui minus malum eſt aliquos Epiſcopatus relinquere

Q 3 *quàm*

quàm omnes diſcrimini obiicere, hæreſin alicubi tolerare, quàm fidem omnem periclitari.

Eſto hoc quidem, ſi alterutrum eorum ſit neceſſariò eligendum. Nam quid ſi neutrum faciamus? Quid ſi fortiter agendo, neque hæreſin perpetuò toleremus, neq; fidem evertamus? Sed ſinamus hæc.

Perge. *Et hæreſin tolerare, Epiſcopatus in perpetuum condonare, non eſt peccatum.*

Hic peccas bone vir. Tolerantia & condonatio, eo modo quo ab Acatholicis exigitur facta, à peccato excuſari non poteſt.

2. *Non repugnat legi divinæ hæc permittit minus malum.*

Si illud peccati noxam habet? Abſit. Non licet vel minimum admittere, vel pro totius orbis æternâ ſalute. Quomodo ergo pro pace temporali liceat?

3. *Non legi humanæ: Quia hæc non obligat, cum tam gravibus incommodis, quæ ex pacis omiſſione naſcuntur.*

Eſto, de lege humanâ. Non diſputem. Sat eſt divina & naturalis, quæ dictat, potiùs vitam, quàm fidem, & regionem quàm religionem iſto modo in perpetuum prodigendam.

II. Ratio. *Pacificatio nulli virtuti repugnat: Ergo non eſt de ſe illicita.*

Probat negatum, homo ſedulus & accuratus.

I. Non repugnat religioni. Quia tendit ad retinendum Dei cultum in locis Germaniæ, in quibus adhuc viget.

Quid ſi ego ſic veriùs? Repugnat, quia tendit in amoliendum & perpetuò extinguendum Dei cultum in multis Eccleſiis, Monaſteriis, pagis, urbibus, regionibus, in quibus modò viget. Auden' negare? Religio nos obligat non paciſci iuratò, ut in perpetuum veræ fidei profeſſio exulet, & hæreſis, religionis inimica, impunè graſſetur, etiam tunc cum nulla permittendi ſubeſt cauſa aut neceſſitas excuſans: Atqui hoc pax Monaſterienſis facit, quæ pollicetur, errorum tolerantiam in perpetuum, & irrevocabiliter, hoc eſt, etiam tunc cùm omnes cauſæ ceſſabunt, & ceſſaturæ prævidentur. Ergo.

2. Non

2. *Non iuſtitiæ: Quia nulli ius ſuum aufertur.*

Nulli? An non eripit Eccleſiæ & Catholicis bona iuſtè acquiſita? An non Ordinibus, nihil malè meritis, Monaſteria, Abbatias, fundos, omnia? An non Epiſcopis iuriſdictionem, ſubditos, ditiones univerſas? Quid dicis?

3. *Non repugnat charitati in proximum: Quia nemo tenetur proximo ex caritate ſubvenire cum damno proprio.*

Atqui eleemoſynas pauperibus piâ maiorum voluntate deſtinatas, concedit opulentis hæreticis, qui ſubtrahit ſuffragia & ſacra expiatoria animabus defunctis, qui ſacramenta ad ſalutem partim utilia, partim neceſſaria, vivis eripit, nonne adverſatur legi charitatis proximi? Facit hoc pax Monaſterienſis. Vt iam non fiat mentio fortitudinis, pietatis, fidelitatis, prudentiæ, quibus virtutibus, quâ ratione pax illa proiecta repugnet, non eſt difficile vel dictu, vel cogitatu.

3. Ratio. *Ea pax ſi accederet conſenſus ſummi Pontificis in plerisque articulis controverſis, eſſet licita: Ergo non eſt intrinſecè mala.*

Ita in illis articulis, in quibus poteſt accedere legitimus Pontificis conſenſus. Atqui probandum erat, totum illud proiectum, ſecundùm omnes articulos poſſe habere conſenſum Pontificis. Hoc ego nego, & negabo, donec audiam Pontificem illud probare, aut definire, ſed illud poſſe probare. Interea ſcio ex litteris Vrbani VIII. ad Legatum Electoris Moguntini. An. 1634. datis:

Catholicos non poſſe cum Hæreticis de bonis Eccleſiæ & religionis paciſci, imò ne Papam poſſe dare conſenſum aut poteſtatem.

Satin' hoc clarum? Quare ſic verto argumentum. Quam pacem non poteſt Pontifex probare, eſt intrinſecè mala: Atqui hanc non poteſt Pontifex probare: Ergo. Minorem probo 1. Ex Vrbani VIII. verbis modò laudatis. 2. Si poteſt, & tanta eſt eius probandæ neceſſitas, cur Pontifici hactenus rem non expoſuerunt? Cur non urgent eius conſenſum? Cur tantùm præſumpto uti volunt, ubi de expreſſo & formali conſtare poteſt? Scilicet verentur, ne Pontifex dicat, ſe neque velle, neque poſſe probare impiam & proiectam pacem.

4. Ratio. *In iis quæ intrinſecè non ſunt illicita, poteſt præſumi conſenſus Summi Pontificis, quod videlicet tacitè conſentiat; Atqui hæc pax non eſt intrinſecè illicita: Ergo.*

Ratio I. Ad maj. cùm res urget, & aditus ad Pontificem non datur: Eſto; cum datur: falſum eſt.

At non expedit Pontificem hic expreſſe conſentire.

Quid verò ita? cur non expedit? Ediſſere ſodes cauſam, ſi habes. Vereor ut ne quis anguis funeſtus hîc lateat in herba. Cur enim taces & diſsimulas?

Ratio 2. Nego minorem, hæc enim res tibi probanda, non aſſerenda erat.

5. Ratio. *Quæ graviora ſunt & poſſent videri minus concedi poſſe in hac pace, qualia ſunt religionis libertas, poteſtas reformandi, ſuſpenſio iurisdictionis Eccleſiaſticæ, &c. iam conceſſa & introducta ſunt per Paſſavienſem tranſactionem: Ergo ſi probabile eſt, hanc licitè iniri potuiſſe, eadem illa Capita poſſunt per modernam pacem licitè confirmari.*

Reſp. Eſto: probabilis viſa fuerit aliquibus, tunc temporis cùm Paſſavienſis pax tractaretur. Sperabant, idque probabili & apparente ratione ducti, conceſsione illâ mitigatos heterodoxos, brevi, ſuâ ſponte, ad unitatem fidei redituros, adeoq; in re ipsâ permiſsionem eam temporaneã tantummodò futuram. At ut modò hominibus doctis, prudentibus, Dei & Catholicæ fidei amantibus, poſt tã certã hæreticæ pravitatis experiẽtiam, probabile videatur, pacẽ Paſſavienſem, aut ei ſimilẽ ab orthodoxis, abſq; noxa & ſine conſcientiæ læſione concludi poſſe, nõ equidẽ credo Regi Ferdinando I. & Principibus olim probabile viſam fuiſſe, vt pacẽ, cuius tanto tenebantur deſiderio, licitam crederent, non adeo mirũ eſt. Nã quæ vehementer optamus, facile eſt, vt licita eſſe iudicemus, & quæ volumus, libenter credimus, & nobis ipſis perſuadere ſolemus. Qualiſquiſq; eſt, talis ei apparet eſſe finis, inquit Ariſtoteles. Quare quod illis Principibus eorúque Conſiliariis pax ea viſa fuerit probabilis, non probat eſſe verè probabilem. Nunquid hodie Adverſariis probabile eſt, ſe iuſta contra nos, cõtraque Cæſarem arma movere? An ideo probabile tibi ſit? Probabile eſt, inquit Stagirites, quod omnibus videtur, vel plurimis, vel ſapientibus,

Atqui

Atqui hæc pax, non omnibus æqua videtur. An verò plurimis, qui judicio minimè depravato utuntur, & Sapientibus, qui cæteros contrà ſentientes, ratione & judicio ſuperant, videatur, vel pax Paſſavienſis, vel pax projecta Monaſterienſis, quâ de nunc potiſſimùm contendimus, licita, ego ſanè non video. Ante hanc diem, nullum equidem Catholicum auctorem legi, aut vidi, qui pacem Paſſavienſem poſitivè approbaret; at qui poſitivè contradicerent, contraq; proteſtarentur, audivi, vidi, legi. Quòd ſi res ad univerſitates Theologicas impartiales, extra Germaniam præſertim, judicanda deferretur, nullum mihi eſt dubium, quin à longè potiſſimâ Doctorum orthodoxorum parte pax Paſſavienſis, & hoc projectum longè deterius, lõgiſſimè projiceretur, & nigro calculo ſignaretur. Certè quàm Numini ingrata fuerit tranſactio illa, ſatis loquitur eventus. Erneſtus in judicio innuit. Neq; libet hîc actum agere, & infandum, nulliq; ignotum renovare dolorem.

6. Ratio. *Illa pax, quæ per licitas conditiones tendit ad conſervationem Eccleſiarum & Religionis in Germania eſt licita: Sed talis eſt moderna: Ergo.*

Semper claudicat Minor. Illicitæ, & per ſe illicitæ, ſunt conditiones, projecti pacis. Suprà probatum eſt.

7. Ratio. *Quando duo mala ſimul impediri non poſſunt, ratio dictat alterutrum, quod minus eſt, poſſe admitti. Atqui ita res habet in noſtra pace.*

Jam antè dictum. Quando illud minus, quod videtur eſſe, cum peccato & offensâ Dei conjunctum eſt, non licet admittere. Non offendatur Deus ſervetur fides, fiat juſtitia, etſi totus pereat mundus. Atqui pax projecta, ſi cum omnibus circumſtantiis ſpectetur, offenſam Dei continet: Ergo.

SUBSECTIO II.

Secundum Argumentum pro pace.

Deus mala permittit: Ergo & nos hæreſin convenit permittere.

§. 1.

Reſpondet Erneſtus.

PErmittamus licet & nos hæreſin eo modo quo Deus permittit, non cooperando directè aut indirectè. Deus hæreſin, permittit, tunc cum non tenetur impedire non permittit in perpetuum ex pacto, ut ceſſante etiam legitimâ causâ revocare non poſſit nullam poteſtatem alteri competentem ſibi arrogat, non firmat lege impunitatem, eos, qui ad hæreſin impellunt, aut Catholicos in exilium agunt, ſententiâ latâ, vi, armis, morte in reſiſtentes decretâ non tuetur, & non defendit: Atqui pax hæc, & plura peccat: Ergo:

§. 2.

Obtendit Prædicans Dorſcheus.

MUlta verba, ſed rei, quod antè refutatum non ſit, nihil. Addit autem in fine.

Deum non verſari in commercio & ſocietate hominum.

Divinet, qui poteſt, quid velit Prædicans.

Homines autem inter homines verſantes ad eas neceſſitates non rarò deduci poſſe, ut non attento peccato, ſecum paciſci admittant, quos extra hunc rerum ſtatum facilè omiſſuri fuiſſent.

Itane? Hæccine Theologia eſt, ut homines, ſi qua neceſſitas urgeat gravior, *non attento peccato*, paſciſcantur? Quæro ex te, num hoc probes, & rectè ab hominibus fieri defendas, vel non. Si non: nihil ad rem affers. Si defendis, eâdem operâ Suſannam aliquam defendas, ſi in mortis neceſſitatem deducta, *non attento peccato*, in adulterium conſentiat, quod extra illum rerum ſtatum, facilè omiſſura fuiſſet.

O pudor

O pudor Theologiæ! *Poſito*, pergit, *paciſcentibus ordinarie taliter paciſcendi poteſtatem non competere, neceſſitati tamen hoc indulgeri, ut legitime ea uti poſſint pro ſalute publica.*

Semper hic Doctor errat. Nulli neceſſitati etiam ſupremæ hoc indulgetur, ut legitimè poſſit, pro ſalute etiam publicâ, medio de ſe illicito uti. Non eſt, vel mentiendum leviter, etſi eo facto orbem univerſum redimere poſſis.

Aliàs quid reſponderes ei, qui Mahometiſmum, & publicam Alcorani profeſſionem, in ſummâ Reip. neceſſitate, licitam tuis verbis, probare & ſuadere conaretur, & diceret.

Poſito] *Chriſtianis ordinarie taliter paciſcendi & agendi poteſtatem non competere, neceſſitati tamen hoc indulgeri, ut legitimè ea uti poſſint, pro ſalute publica.*

Quod huic reſponderes, tibimet reſponſum cape.

SUBSECTIO III.

Tertium Argumentum pro pace.

Zizania non ſunt evellenda. Matth. 18.29. Ergo nec hæretici extirpandi.

§. 1.

Reſpondet Erneſtus.

1. Non prohibet paterfamilias abſolutè & ſimpliciter, ne eradicentur, ſed ne fiat cum periculo tritici.

Ne forte eradicetis & triticum.

Aliàs, ſi nullum periculum adſit, ut tritico zizania incommodent, illico, non exſpectata meſſe exſtirpare cõvenit; teſte S. Auguſt. & S. Thoma. Hujus autem rei judicium ad Patremfamilias, ſive Chriſti in terris Vicarium Pontificem ſpectat, ut rectè notat Maldon. in h.l.

2. *Permittit Paterfamilias Zizania ad tempus tantùm uſq; ad meſſem.*

Non jubet plantari, neq; rigari, neq; eradicato tritico foveri, &c. Atqui pax jubet zizania hæreſios in perpetuum, id eſt, etiam tunc cùm ſine tritici, id eſt, fidei orthodoxæ detrimento evelli poterit, & evelli poſſe prævidetur, permitti, defendi, augeri, dat poteſtatem, triticum, vel in zizania cummutandi, vel illo eradicandi, illa plantandi, ſeminandi, colendi, &c.

§. 2.

Objicit Prædicans Dorſcheus.

1. **E**Rneſtus intervertit textum divinum.*

Factum malè! Audiamus.

Verba illa: ne colligentes Zizania eradicetis & triticum: non ſunt limitativa, ſed rationalia.

Egregiè, ſcilicet, inepti hic Doctor. Quaſi verò rationalis & limitativa oratio ita repugnet, ut in eandem convenire non poſſint. Sit demum rationalis ille ſermo. An ratio & cauſa non poteſt limitare & ſtringere ſenſum? Imò, ſi paterfamilias abſolutè, nullâ in medium prolatâ ſui præcepti ratione, vetuiſſet zizania velli, meritò abſoluta videri deberet oratio: at cùm cauſam tam expreſsè, tamq; exquiſitis verbis addiderit, *ne eradicetis* unà triticum, quis neget, ita præcepti illius ſenſum accipi & poſſe & debere, ut ſi cauſa, quam Paterfamilias attulerat, non ſubſit, jam bonâ ipſius voluntate zizania exſtirpare liceat? S. Auguſt. l. contra Epiſt. Parmen. cap. 2. agnoſcit, ita explicans.

Nam & ipſe Dominus, cùm ſervis volentibus Zizania colligere, dixit: ſinite utraq; creſcere uſq; ad meſſem: præmiſit cauſam dicens: Ne forte cùm vultis colligere zizania eradicetis ſimul & triticum: ubi ſatis oſtendit (jam aures arrige Prædicans) *cùm metus iſte non*

iſte non ſubeſt, ſed omnino de frumentorum certa ſtabilitate, certa ſecuritas manet, &c. non dormiat ſeveritas diſciplinæ.

Quid nunc Prædicans? an S. Auguſtinus mentem ſervatoris non perſpexit?

Objicit 2. *Textus ille ex mente Chriſti indicat: Deum adverſus cætera peccata, quæ etiam ex lumine naturali dijudicari poſſunt, magiſtratibus gladium dediſſe vindicem, in peccatis verò dogmaticis & erroribus circa Religionis myſteria, vim adhiberi vel gladium exeri noluiſſe. Ita hunc locum tractant SS. Patres.*

Contra 1. Eſto, illam Servatoris noſtri mentem fuiſſe, ut vetaret hæreticos bellis vexari, & vitâ exui.

Quid hoc ad rem Erneſti? An ille jubet hæreticos ferro cædi, igne vaſtari? Non. Vult illos, cùm abſq; detrimento graviore bonorum fieri poteſt, non tolerari, eo modo quo pax deſiderat. Quâ ratione à Magiſtratu coërceri debeant, ipſius prudentiæ relinquit. Non tolerare, non eſt occidere.

Contra 2. Nego eam fuiſſe Servatoris mentem, ut Hæreticorum incolumnitati à legum ſeveritate & ſuppliciis conſuleret. Et quanquam unus altérve fortè ex Patribus ita ſit interpretatus, certè communis totius Eccleſiæ & Doctorum alius ſemper ſenſus in eâ re extitit. Imò verò, ſi rectè expendamus, Chryſoſtomus, & eum ſecuti Euthymius & Theophy. id ſolùm dicunt, hæreticos ex mente Chriſti non eſſe interimendos, cùm inde bella, & cædes innocentum & Rei & pacis publicæ perturbatio gravior oritur, cui ſanè nullus noſtrum contradicit. Pugnat ergo hæc opinatio tua cum legibus Eccleſiæ. c. ad abolendū, & c. excōmunicamus. Extra. de hæret. & c. ſuper eo. de hæret. in 6. pugnat cū Concil. Conſtant. quod ſeſſ. 15. Joannem Hus damnatum, & inter cætera, eam quidem ob ſententiam, quòd hæreticos morte affici poſſe negaret, curiæ ſæculari, exurendum tradidit. Pugnat cum Imperatoribus pientiſſimis, Conſtantino I. Theodoſ. Valent. Martiano. qui in eos extremum etiam ſupplicium decrevere; ut patet ex C. de hæret. L. Arriani. & l. quicunq;. & Cod. Theod. l. 56. de hæret. pugnat cum S. Ambroſ. in Comm. ad init. c. 10. B. Lucæ S. Cypr. l. de exhort. Martyrij. c. 5. S. Hieron. in illud. Gal. 5. modicum fermentum S. Auguſt. l. 1. contra Epiſt. Parmen. c. 7. & Ep. 50. ad Bonifac. S. Leon. Ep. 91. ad Turo. c. 1. optat Milevit. l. 3. S. Greg. l. 1. Ep. 72. ad Gen-

R 3 nad.

2. *Permittit Paterfamilias Zizania ad tempus tantùm uſq; ad meſſem.*

Non jubet plantari, neq; rigari, neq; eradicato tritico foveri, &c. Atqui pax jubet zizania hæreſ[e]os in perpetuum, id eſt, etiam tunc cùm ſine tritici, id eſt, fidei orthodoxæ detrimento evelli poterit, & evelli poſſe prævideturr, permitti, defendi, augeri, dat poteſtatem, triticum, vel in zizania cummutandi, vel illo eradicandi, illa plantandi, ſeminandi, colendi, &c.

§. 2.

Objicit Prædicans Dorſcheus.

1. E*Rneſtus intervertit textum divinum.*

Factum malè! Audiamus.

Verba illa: ne colligentes Zizania eradicetis & triticum: non ſunt limitativa, ſed rationalia.

Egregiè, ſcilicet, ineptit hic Doctor. Quaſi verò rationalis & limitativa oratio ita repugnet, ut in eandem convenire non poſſint. Sit demum rationalis ille ſermo. An ratio & cauſa non poteſt limitare & ſtringere ſenſum? Imò, ſi paterfamilias abſolutè, nullâ in medium prolatâ ſui præcepti ratione, vetuiſſet zizania velli, meritò abſoluta videri deberet oratio: at cùm cauſam tam expreſsè, tamq; exquiſitis verbis addiderit, *ne eradicetis* unà triticum, quis neget, ita præcepti illius ſenſum accipi & poſſe & debere, ut ſi cauſa, quam Paterfamilias attulerat, non ſubſit, jam bonâ ipſius voluntate zizania exſtirpare liceat? S. Auguſt. l. contra Epiſt. Parmen. cap. 2. agnoſcit, ita explicans.

Nam & ipſe Dominus, cùm ſervis volentibus Zizania colligere, dixit: ſinite utraq; creſcere usq; ad meſſem: præmiſit cauſam dicens: Ne fortè cùm vultis colligere zizania eradicetis ſimul & triticum: ubi ſatis oſtendit (jam aures arrige Prædicans) *cùm metus iſte non*

iſte non ſubeſt, ſed omnino de frumentorum certa ſtabilitate, certa ſecuritas manet, &c. non dormiat ſeveritas diſciplinæ.

Quid nunc Prædicans? an S. Auguſtinus mentem ſervatoris non perſpexit?

Objicit 2. *Textus ille ex mente Chriſti indicat: Deum adverſus cætera peccata, quæ etiam ex lumine naturali dijudicari poſſunt, magiſtratibus gladium dediſſe vindicem, in peccatis verò dogmaticis & erroribus circa Religionis myſteria, vim adhiberi vel gladium exeri noluiſſe. Ita hunc locum tractant SS. Patres.*

Contra 1. Eſto, illam Servatoris noſtri mentem fuiſſe, ut vetaret hæreticos bellis vexari, & vitâ exui.

Quid hoc ad rem Erneſti? An ille jubet hæreticos ferro cædi, igne vaſtari? Non. Vult illos, cùm absq; detrimento graviore bonorum fieri poteſt, non tolerari, eo modo quo pax deſiderat. Quâ ratione à Magiſtratu coërceri debeant, ipſius prudentiæ relinquit. Non tolerare, non eſt occidere.

Contra 2. Nego eam fuiſſe Servatoris mentem, ut Hæreticorum incolumnitati à legum ſeveritate & ſuppliciis conſuleret. Et quanquam unus altérve fortè ex Patribus ita ſit interpretatus, certè communis totius Eccleſiæ & Doctorum alius ſemper ſenſus in eâ re extitit. Imò verò, ſi rectè expendamus, Chryſoſtomus, & eum ſecuti Euthymius & Theophy. id ſolùm dicunt, hæreticos ex mente Chriſti non eſſe interimendos, cùm inde bella, & cædes innocentum & Rei & pacis publicæ perturbatio gravior oritur, cui ſanè nullus noſtrum contradicit. Pugnat ergo hæc opinatio tua cum legibus Eccleſiæ. c. ad abolendũ, & c. excõmunicamus. Extra. de hæret. & c. ſuper eo. de hæret. in 6. pugnat cũ Concil. Conſtant. quod ſeſſ. 15. Joannem Hus damnatum, & inter cætera, eam quidem ob ſententiam, quòd hæreticos mortè affici poſſe negaret, curiæ ſæculari exurendum tradidit. Pugnat cum Imperatoribus pientiſſimis, Conſtantino I. Theodoſ. Valent. Martiano. qui in eos extremum etiam ſupplicium decrevere; ut patet ex C. de hæret. L. Arriani. & l. quicunq;. & Cod. Theod. l. 56. de hæret. pugnat cum S. Ambroſ. in Comm. ad init. c. 10. B. Lucæ S. Cypr. l. de exhort. Martyrij. c. 5. S. Hieron. in illud. Gal. 5. modicum fermentum S. Auguſt. l. 1. contra Epiſt. Parmen. c. 7. & Ep. 50. ad Bonifac. S. Leon. Ep. 91. ad Turo. c. 1. optat Milevit. l. 3. S. Greg. l. 1. Ep. 72. ad Gen-

 nad.

ma ad S. Bern. l. 66. in cant. Repugnat deniq; rectæ rationi, quæ jubet lupos mactari ne ovibus perniciem afferant, ſuadet membrum corporis putreſcens ferro reſcindi, ne pars ſincera trahatur.

Verùm quid Prædicantem extra orbitam fugientem proſequimur? Demus illi, verum eſſe. Hæreticos non eſſe capitali ſententiâ plectendos: & Chriſtum id vetuiſſe. quid tum poſtea? Quid iſtuc hoc loci ad rem? quomodo ſequitur: hæretici non ſunt necandi: Ergo pax quam Proteſtantes urgent, nō eſt à Catholicis repellenda? Conſiderent Logici Argentinenſes, an & quâ ratione tam claudam & loripedem conſequentiam à ſtupore poſſint abſolvere.

Objicit Præd. 3. *Maldonatus non rectè refert munus dijudicandi de Zizaniis tolerandis ad Pontificem.*

Verùm, quid ni rectè? *quia id facit contra veterum & recentiorum interpretum conſenſum.*

Contra quorum veterum? ne unum nominas, aut nominare potuiſti. Hæc eſt logodædalorum iſtorum indoles, audacter multa dicere & nihil probare. Deinde quorum recentiorum interpretum? audite, ſultis, viri. Adducit Advocatum generalem curiæ ſupremæ Lotharingiæ de Pontifice quiritantem. Illene ſacræ Scripturæ interpres? ſi interroges hominem cum ſtomacho reponet, nec eſſe, nec eſſe velle. Addit Martinum Marloratum, ſed quem? Procuratorem Generalem Barroducæum. Nunquid egregiè cauſam ſuam munit Prædicans: Advocato nimirum & Procuratore, neq; eo ſimplici, ſed generali? Advocati & Procuratores in iis, quæ ad digeſta & codicem attinent Auctoritatem habeant ſuam; quisquis verò eos ſacrorum interpretum nomine in Anticriſi Theologicâ laudare audet, huic credo ſinciput non eſt ſatis ſanum.

SUBSECTIO IV.

Quartum Argumentum pro pace.

V*Aſa ſacra neceſſitatis ergo alienari poſſunt. Ergo & Epiſcopatus & cætera bona Eccleſiaſtica concedi, quando ſupremus urget neceſſitatis publicæ articulus.*

§. 1.

ſ. 1.

Reſpondet Erneſtus.

1. VAſa mobilia Auctoritate legitimâ Pontificis alienari poſſe, & multa hisce temporibus in uſum neceſſitatis publicæ ab Antiſtitibus diſtracta fuiſſe. Id juri canonico c. aurum. 11. q. 2. admodum eſſe conſentaneum.

2. Bona verò immobilia, fundos, ditiones, Epiſcopatus, uti in Germania, ſe habent, & eo quo à Proteſtantibus expetuntur modo, alienari nullo jure poſſe, eò quòd unà cum illis tradatur Acatholicis jus in animas Christi ſanguine redemptas. Nam juxta Articulos pacis, licebit Principi Acatholico, cui illæ ditiones obvenerint, Catholicos doctores exigere: Prædicantes eorum loco, ad ſuggeſtum publicum promovere: ſubditos Catholicos, vel ad migrandum, vel ad fidem ſuam deſerendum compellere. Atque hoc ſuapte naturâ & de ſe omnino illicitum eſt. Ergo.

ſ. 2.

Objectat Prædicans Anticriticus.

1. *Pontificis conſenſu opus non eſt: Illa enim procul à malis noſtris, & à ſenſu eorum alieniſſimus non intelligit neceſſitates noſtras.*

Calumniaris Prædicans. Et ſenſu intimo afficitur, quæ ergo ex Thuano, & Nicoho Craſſo, & alij Pontificij nominis hoſtibus depromis, ad campum eloquentiæ Prædicanticæ, hoc eſt, maledicentiam, ſpectant, quibus aliud conſequeris nihil, quàm, ut te Prædicantem nobis oſtendas, & chartas alieno labore impleas.

2. *Falſum eſt per regulam alti ſeu meri Imperij concedi jus in animas.*

Si de vero jure & poteſtate legitimâ loqueris, verum eſt, non conceditur, neq; poteſt Principibus Acatholicis concedi. Neq; de hoc Erneſtus quæritur.

Jus

Jus datur exiſtimatum Proteſtantibus, & poteſtas putatitia. Quā tamen illi non aliter, atq; verâ utuntur in animarum perniciem. Edic enim & reſponde.

Annon vi transactionis Paſſavienſis Principibus poteſtas permittitur, ut poſſint (id quod totis ditionibus fecerunt) reformare, quod dicitur, hoc eſt Prædicantes populo conſtituere, Catholicos ſacerdotes è ſuis dominiis exigere, jubere, ut ſubditi, aut errores profiteantur, aut ſolum vertant? hoc eſt nimirũ in animas pervertendas jus obtinere. quod q; rectè Ernestus dicit intrinſecè eſſe malum & illicitum, ſi concedatur.

Inſtas. Non impoſuere Proteſtantes ſuis ſubditis neceſſitatem, aut migrandi, aut Pontificam religionem deſerendi.

Quæſo, an nos tu pro fungis habes, ut neſciamus & non videamus quid toto paſſim Imperio factum ſit?

Fridericus IV. Palatinus Anno 1608. *publico programmate Proteſtatus eſt ſe id minime agere.*

Primùm: fuerit ille tum temporis proteſtatus, quid poſtea facto præſtiterit res ipſa loquitur. Non enim Catholicos, ſed & Lutheranos deinceps, niſi Calvini placita, ſaltem in ſpeciem probarent, omnes exigi voluit.

Deinde, non controvertimus hic, quid unus Proteſtantium, æquitate animi in ſuos uſus fecerit, ſed quid per pactum & pacem religionis potuerit. Hic ego dialecticam requiro, quando ita arguis. Princeps Palatinus non exegit ſuos ſubditos, qui Catholicæ religioni inhærebant: Ergo per pacem religionis non habebat poteſtatem exigendi.

Tu hic dicis: *Fo te non impertinens fore, ut indices Erneſto, jam olim à Statibus Imperij contrà proteſtatum fuiſſe, cùm accuſabantur ab iis, qui Pontificem pro capite venerantur, quòd ſua Confeſſionis hominibus, nullum commorandi jus, ſed potiùs emigrandi neceſſitatem imponat.*

Ego verò dico, illud, hoc loco, absq; *fortè* & planè impertinens eſſe, niſi adhoc fortè pertineat, ut nos intelligamus te hanc Anticriſin valdè impertinenter orbi obtruliſſe.

SUB-

SUBSECTIO V.

Quintum Argumentum pro pace.

Fundatorum, qui ea Eccleſiæ bona contulerunt, mens atq; intentio fuit, ut publico fidelium bono & paci deſervirent, tenenturq; Eccleſiaſtici ad eum finem conſequendum expendere: Ergo, cùm hoc tempore eorum ceſſio ſit neceſſaria ad pacem componendam, non poſſunt ſe Eccleſiaſtici, neq; debent opponere.

§. I.

Reſpondet Erneſtus.

OMnino ea intentio fuit fundatorum, ut ij reditus, illis perſonis crederent, quæ divino cultui mancipatæ totius populi peccata precibus ac ſacrificiis apud Divinam Majeſtatem expiare allaborarent. Quòd ſi verò qua gravior Eccleſiæ, neceſſitas incumberet, cui aliter ſubveniri non poſſet, omnino voluerunt, ut legitimâ ſuperiorum voluntate & auctoritate in ſubſidium Reip. conferrentur. At ut hoc nullâ Eccleſiæ, ejusq; præſertim ſupremi capitis conſenſione, ſolo Principum nutu, reclamante etiam ſedis Apoſtolicæ legato fiat, id verò credendum non eſt, piæ Catholicorum fundatorum menti conſentaneum eſſe.

Jam ſi addas ea bona hæreticis contra Eccleſiam magis corroborandis, ſacerdotibus expellendis, ſubditis orthodoxis, vel pervertēdis, vel expellendis, animabus in hæreſin ac perniciem ſempiternam præcipitandis, impendi debere: quæſo, quis tam vecors eſt, ut putet eam fuiſſe, aut eſſe potuiſſe fundatorum intentionem? dic mihi quisquis es Catholicus & ratione tantùm utens.

Si Carolo Magno cùm Mindenſem Eccleſiam iis bonis quibus modò fruitur, locupletaret, cùm fundos, pagos, arces, Urbes integram ditionem dono daret, cùm reditus, cenſus, frumenta, pecunias copioſas in annuum proventum Sacerdotibus largiretur, cùm vectigalia, Pallatia, ver-

S bo,

bo, cùm principatum & dominium temporale illius diœceſis concederet: ſi,inquam, Chriſtianiſſimo Imperatori cùm hæc faceret, vates quiſpiam eam propoſuiſſet hypotheſin, ut diceret: Edic nobis Regum fortiſſime & pientiſſime, quis tibi in hac tā munificâ Eccleſiæ dotatione ſit animus. An nullo unquam tempore, in alium uſum hæc tanta rerum copia, ex tuâ voluntate converti poſſit? quid enim, ſi ea olim tempora incidant (incident autem, ne dubita) ut ingruente in has religiones hæreſi, totum illud Germaniæ Imperium, quod tanto tu modò fundas ſanguine & opere, colliſis invicem viribus, & mutuis armis peſſumire incipiat? Quid ſi tum Principes Acatholici viribus & potentiâ freti, ſucceſſori tuo Imperatori, & cæteris Statibus in fide perſiſtentibus, pacem quidem & concordiam offerant, eâ tamen conditione, ut hic Epiſcopatus pleno & ſæculari jure in perpetuum Principi alicui Acatholico condonetur, ut nullum in hac æde, quam regio ſumptu & mole eduxiſti, deinceps divinum ritu Catholico officium peragatur, nullum Miſſæ ſacrificium offeratur, nullus ſacerdos orthodoxus populum pro cōcione doceat. Sed ut tam divites cenſus partim fiſco Principis, partim publicis errorum doctoribus alendis attribuantur, ut his reditibus pecuniiſq; educentur, ſuſtententur, ditentur, qui hæreſin in populum ſpargent, qui fidem Catholicam ex animis evellent, qui Pontificem Romanum Antichriſti loco habebunt, qui ſanctos cultu debito privabunt, qui Sacramenta temerabunt, ut licitum ſit Principi, harum terrarum domino eâ ratione facto, ſubditos, vel ad fidem negandam, vel ad patrios lares deſerendos adigere? Quid, inquam, Imperator Auguſtiſſime, de tali rerum eventu apud animū ſtatuis tuum? quæ tua intentio, quæ demum mens? Vis, jubes, ex tua, quæ tunc præſumi debeat, fundatoris voluntate, ita à ſeris tuis nepotibus, poſteriſq; agi? Credat hoc, qui poteſt.

Ergo ſanè cum Erneſto ſtatuo Carolum Auguſtum, Auguſto ore dicturum fuiſſe, nunquam ſe rem tam infandam ratam habiturum. Malle ſe Imperio cedere, vitaq; carere, quâm hæreſi augendæ, fideique exſtirpandæ ſumptum præbere. Quòd ſi equidem poſteri ſeris labentibus annis, ita facturi ſint, id ſe modò toto animo deteſtari, & vel ſuos cineres in tumulo poſitos, cùm infœlix tempus advenerit, cum execratione repugnaturos.

O Germani Catholici, ſi majorum veſtrorum oſſa, quæ illis templis & Eccleſiis contumulata quieſcunt, loqui poſſent, quid aliud audiretis,

retis, quàm ut altiſſimis & conſtantiſſimis vocibus pernegarent, unquam ſuæ mentis fuiſſe, ut ea, quæ Eccleſiæ ſupremâ voluntate dederunt, paci tam noxiæ conciliandæ inſervirent? quid aliud ex tumbis & ſarcophagis in aures veſtras exclamarent, quàm hæc verba horroris plena: Jam nobis demum terra gravis eſt, quando tales è noſtrâ propagine homines ſuſtinet, qui hæc ſacra adyta Numini colendo à nobis devota, hæc Divorum altaria, hæc Patrum ſuorum monumenta, violanda, profananda, polluenda deſtituunt, qui tam indigni ſunt, & ſtemmatis, & ſanguinis, & nominis noſtri, quàm procul à pietate, & moribus noſtris ita agendo, & paciſcendo receſſerunt.

§. 2.

Reſpondet Dorſcheus.

AD iſta omnia ſuprà eſſe reſpónſum.

Deinde, ex more extravagatus, ex cap. 4. P. Greg. Tholoſani de Rep. l. 13. cap. 17. benè longam exſcribit contra Eccleſiaſticos & Prælatos invectivam, qui contra piam Fundatorum inſtitutionem cenſibus ad luxum & inanem abundantiam abutuntur.

Ad quid verò hæc omnia? Ad folia implenda, & ut orbis univerſus videat in oppugnando judicio Theologico, Dorſcheum judicio nullo uti. Si Eccleſiaſticorum aliquis abutitur nec facit ſatis piæ fundatorum intentioni, Judicium Dei portabit quisquis eſt ille. Non tamen ideo fas eſt principibus reditus illos ſibi adſcribere. Abuſus abuſu tali non tolleretur, ſed augeretur.

SUBSECTIO VI.

NEceſſitas facit omnia communia: Ergo bona temporalia Eccleſiaſticorum in rerum anguſtarum articulo, debent etiam Cæſari & Statibus ſubeſſe ad pacem publicam redimendam.

§. 1.

Reſpondet Erneſtus.

NOn fiunt bona Eccleſiæ communia, ita, ut propriâ ſæcularium auctoritate (extra quorum ditionem & poteſtatem ea ſunt poſita) poſſint ad uſum quemlibet aſſumi, & præſertim, ſi unà cum iiſdem temporalibus connexa ſit cura & ſalus immortalis animarum, uti in præſenti negotio contingit.

Non enim tantùm pagos, & prædia, & Urbes Acatholicis in uſum perpetuum cedemus, ſed & animas à fide Catholicâ avellendas pervertendasq; permittemus. Et ut Deus terrarum illarum damna temporalia nobis non imputet, animarum certè illarum ſanguinem de manibus eorum omnium requiret, quotquot in illam pacem conſenſerint. Certè, quàm ingrata ſit Deo, illa tam malè & temerè præſumpta in res Eccleſiaſticas Acatholicis concedendas poteſtas, tot inflictis poſt pacem Pragenſem initam cladibus abunde doceremur, ſi modo apertis oculis eventa tam infœlicia eorumq; cauſas inſpicere ſemel velimus.

§. 2.

Excuſat Prædicans.

H*Ic nihil perire animarum, infelices exitus aliò referendos eſſe.*

At nobis hæc verba fidem non faciunt, ubi res tantùm non manibus palpatur.

SUBSECTIO VII.

Septimum Argumentum pro pace.

V*El concedenda eſt illa libertas, vel pax omnino deſperanda. Atq; non hoc poſterius: Ergo prius.*

§. 1.

§. 1.

Reſpondet Erneſtus.

NEgando Majorem. Neutrum faciendum. Neq; cedendum juribus Eccleſiæ cum læſione conſcientiæ, neq; pacem deſperandam. Standum pro Deo & cum Deo; atq; ille pacem quam mundus dare non poteſt, dabit, vel largiendo potenti manu Victoriam Cæſari, vel inclinando Proteſtantium animos, ut concordiam afferant, quam ſalvâ conſcientiâ, & illæſo religionis Catholicæ jure inire cum illis queamus. Antiquo omnium ſæculorum uſu conſtat, notante Cardin. Baronio, ſolidum ad ſuſtinendam Imperij molem fundamentum, eſſe religionis & jurium Eccleſiaſticorũ defenſionem, neq; nobis, vel hoc bello deſunt exempla, quæ docuerunt, nobis pro Eccleſiæ Catholicæ libertate agentibus Deum Victorias inopinato reponere, atq; ſi eo pretio operam noſtram licitari velle videretur.

§. 2.

Regerit Prædicans.

1. N*On eſt promiſſio pacis concedenda alia, quàm per prudentiam politicam & media ordinaria.*

At neq, hæc ſpernenda duxerit Erneſtus. Princeps tamen & ante omnia efficax eſt medium, ſi Dei cauſam & religionis partes fortiter agamus. Quod ſi ſine offenſâ Numinis fieri nequit, nulla eam prudentia dictare poteſt, fieri debere. Et tali equidem caſu, ſatius eſt, quod dixit Erneſtus, mala ferre quàm facere. Ita olim ternio ille fortiſſimorum juvenum, cùm aut horrendo fornacis Babyloniæ incendio conflagrandum, aut ſtatua adoranda foret, Regi impotenter inſtanti & dicenti: *quod ſi non adoraveritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis, & quis eſt Deus, qui eripiet vos de manu mea? Reſponderunt non minùs ſapienter quàm fortiter. Non oportet nos de hac re reſpondere tibi.*

Ecce enim Deus noſter quem colimus, poteſt eripere nos de Camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex, liberare. Quod ſi noluerit, notum ſit tibi Rex quia Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream quam erexiſti non adoramus.

Pari nos animo eſſe oportet. Si Adverſarij ferociter urgent, hanc pacem iniquam, illicitam, inhoneſtam, nobis omnino eſſe amplectendam: Si inſtant, certiſſimo nos aliàs excidio cauſam daturos: nulla nobis eſſe humana reſiſtendi media, vires exhauſtas, imprudens vero eſſe, neſcio, quæ ſupernaturalia, rebus deſperatis, cœlitus à Deo ſuperventura auxilia exſpectare: Promiſſionem pacis aliter, quàm per prudentiam politicam, & media cœlitùs præſcripta dandæ nullam adeſſe.

Unde enim noſtis, quòd Deus extraordinariam Victoriæ adipiſcendæ opem ſuppeditabit? quos de prodigiis in tempore adfuturis ſecuros reddidit? Si hæc, inquam, urgeant, dicamus oportet, non oportet nos de hac re reſpondere vobis. Ecce enim Deus noſter, quem colimus, cui tam facilè eſt ſalvare in paucis, quàm in multis millibus, poteſt nos eripere de omnibus bellis, & de manibus veſtris, & adhærentium veſtrorum liberare; poteſt uno momento eam nobis Victoriam concedere, eâ vos ſtrage conterere, ut legem & conditiones pacis à nobis ſupplices exorare cogamini. Quod ſi noluerit, ſed ſecretiori uſus conſilio nos ſubire jugum decreverit: Notum ſit vobis, quia Deos veſtros non colimus, & pacem illam illicitam, quam offertis, non inimus.

Nolumus facere malum, ut eveniat bonum. Quid proderit totius mundi pacem temporalem lucrari, animæ verò, iniquum & illicitum paciſcendo detrimentum facere? ſi utrumque fugere non licet, patiamur malum, non faciamus.

SUBSECTIO VIII.

Octavum pro pace Argumentum.

B*Ona eſt intentio paciſcentium conſervandi nimirum religionem Catholicam: Ergo, non eſt damnanda ea pactio.*

§. 1.

Reſpondet Erneſtus.

BOna intentio non excuſat rem, quæ de ſe eſt illicita: Atqui hæc pax de ſe eſt illicita: Ergo nullâ bonâ intentione excuſari poteſt.

Aliud eſt de indifferentibus, ex quibus etſi aliquando mala oriantur, nobis tamen non imputatur, qui juſtis de cauſis & rectâ intentione illa aggreſſi ſumus. At ſi id faxis, quod de ſe & ex propriâ indole inhoneſtum eſt; ſi mentiaris, ſi furtris, ſi adulteres, ſi pejeres, nullâ te à noxâ excuſabit intentio. Idem de hac pace ſtatue.

§. 2.

Excipit Prædicans.

SUpra excuſſum eſſe.
Sed quàm rectè, judicet æquus lector.

SUBSECTIO IX.

Nonum pro pace Argumentum.

Pacis hujuſcemodi exempla in antiquitate habemus: Ergo.

I. EXEMPLUM

S. Joannis Papa & Martyr.

§. 1.

HIc urgente Theodorico, Rege Italiæ Ariano, Conſtantinopolim profectus, à Juſtino Imperatore libertatem religionis & templorum pro Arianis exoravit, teſte Anaſtaſio, &c.

§. 2.

§. 2.

Reſpondet Erneſtus.

INjuria irrogatur Martyri, qui calumniam abunde refutavit epiſtolà ex ipſo carcere, in quem à Theodorico furente conjectus erat, ad Epiſcopos Italiæ conſcriptâ, quæ cùm in officium divinum Eccleſiæ auctoritate & judicio recepta, majoris meritò apud nos auctoritatis eſt, quàm quicquid Anaſtaſius, & ex eo alij memoriæ prodiderunt.

§. 3.

Urget Prædicans.

Q*Vid? Ergo perfidè cum Rege egit, legationis in ſe munus recipiens?*

Reſpondet Erneſtus; Legationem eo animo ſuſcepit, quo mater Machabæorum, 2. Machab. c. 7. Antiocho Rege ſuadente, ut filio adoleſcentiori, qui unus lanienæ erat ſuper, fieret in ſalutē, ſe obſecuturam promiſit, quem tamen mox graviſſimis monitis, ad mortem fortiter ſubeundam eſt cohortata.

II. S. Athanaſius.

§. 1.

INſtante Conſtantio Imperatore, Arianis Eccleſiam Alexandriæ concedere paratus fuit: teſte Sozom. l. 3 c. 19.

§. 2.

Reſpondet Erneſtus.

AThanáſius cùm reſiſtēndo non eſſet, majoris mali vitandi, & majoris boni conciliandi causâ, nimirum, ut & Antiochiæ pari jure Catholicis concederetur, indulgere voluit, quod licitum eſt.

Addo

Addo ego 1. Athanaſium non pollicitum perpetuam Eccleſiæ conceſſionem: id hiſtoria non refert. Quid ergo vetat cogitare de temporaria tantùm & revocabili Antiſtitem intellexiſſe?

2. Non promiſiſſe ex animi ſententiâ, ſed ironicè & ſub conditione, quam norat ab Arianis non acceptandam; viciſſim enim petivit ab Imperatore, ut & Antiochiæ, imo, ſi Socrati l.2.c.18. narranti credimus, ut toto Oriente, ubi Ariani rerum potiebantur, Catholicis una permitteretur Eccleſia. Neq; fefellit Athanaſium opinio. Ariani enim hoc Athanaſij poſtulato audito, maluêre Alexandrino templo carere, cum Catholicis par pari alibi facere, teſte Sozom. Theod. Socr. Fecitq; in hac re, ut Socrates loquitur, argutè, petitionem petitione elidens eludensq;. Planè uti ante annos non nimis multos P. Edmundus Augerius, vir æternâ memoriâ digniſſimus, cùm Burdigalæ Regina Galliarum, quæ plùs æquo Hugonottis favebat, ab illo expeteret, ut cœmeterij partem, hæreticis intra Urbem ſepeliendis concederet, reſpondiſſe narratur: Æquum eſſe Majeſtati ſuæ morem in omnibus gerere, neque ſe in re licet gravi admodum tergiverſari velle, obnixè tamen petere, uti & ſibi viciſſim Hugonotti aliquid concedant. Regina ergo, accepto præter exſpectationem liberali, viri alias ſeveri, reſponſo, omnino, inquit, viciſſim illi morem gerent. Spondeo ego nihil moræ futurum, quin tuis etiam poſtulatis faciant ſatis. Hîc Pater, noſti, ait, Domina, domum noſtram clauſam eſſe oportere, neq; ullo modo convenire, ut totos dies porta omnibus pateat: Jam verò etiam in ſingulas horas, & penè momenta temporum janitorem aliquem advigilare debere, qui Hugonottis toties totiesq; cadavera ſua inferentibus ſemper præſto adſit, nimis quàm grave domui noſtræ religioſæ accideret, huic ſanè moleſtiæ cautè cautum velim.

Omnino, reſpondit Regina, cavebimus. Ediſſere modum tantummodò, quo caveri tibi ab iisdem velis facient, ſi me volentem ſibi, & propitiam in hoc negotio velint.

Hic ille. Volo, ut quos in fundo meo ſepelire volũt, omnes unâ vice ſimul ſiſtant. Je leur accorde bien noſtre cemitiere pour leur enterrement, mais a condition qu'ils viennent tous à la foi. Quo faceto reſponſo audito, & Regina in riſum ſoluta fuit, & Hugonotti ab incœpto deſtiterunt. Hoc modo, Prædicans, concedere non eſt concedere, ſed importuna poſtulata argutè repellere. Ita Athanaſium feciſſe Card. Baron. putat, ratio ſuadet, & Socrates hiſtoricus indicat.

§. 3.

Cavillatur Prædicans Dorſcheus.

1. *Dubitari poteſt, an Athanaſius Conſtantino Imperatori viribus impar fuerit.*

Dubitari poteſt? A quibus? ſtupidis & ſtolidis? Credam. Quæ vires temporales Athanaſio fuerint, ſatis indicat fuga & latebræ toto orbe quæſitæ.

2. *Athanaſius templum cedere voluit, etiam ſubiectionis cauſa, ut Imperatori obediret.*

Erras. Norat Conſtantinum in magno illo Nicænorum Patrum ſenatu, ſacerdotali dignitati primas ceſſiſſe. Aut unde concludis poteſtati Cæſaris ſe ſubjectum agnoviſſe.

Sic enim ait: Maxime, ô Imperator, quandoquidem æquum, imò verò neceſſarium eſt, tuis mandatis obtemperare, neq; profectò tibi contradicam. Ergo concedit Imperatori etiam hæretico poteſtatem mandandi, &c.

Meritò quis tibi hîc reponat illud: Craſſe Germane, non intelligis verbum honoris? Officij, Urbanitatis, ille ſermo erat, non debiti. Neque enim verò Imperator præceperat tradi Eccleſiam, ſed beneficij gratuiti nomine concedendam rogarat. Audi eundem Sozomen, eodem loco ſcribentem.

Sum inquit (Conſtantius) paratus ad promiſſa præſtanda, quibus impulſus te accerſivi. Quare ipſe beneficium, quod abs te petam, iure debes mihi concedere: id quidem eſt, ut ex multis Eccleſiis, quæ tuæ ditioni ſubiiciuntur, unam habeant illi, qui tecum communicare detrectent.

Audin' Prædicans Imperatorem loquentem? Audin' *beneficium* ab Athanaſio *petere?* Qui beneficium petit concedi, ſanè non poſtulat pro imperio.

III. Atha-

III. *Athanaſius hoc ipſo impunitatem hæreticis permittit & defenſionem.*

ERras. Non facit, niſi, vel ad tempus, ob graves cauſas, vel conditionatè ſub conditione nunquam ponendâ, & ironicè.

III. EXEMPLUM

Concilium Baſileenſe.

COnceſſit Bohemis, ut in hoſpitiis ſuis Baſileæ divina celebrarent: Ergo.

§. 1.

Reſpondet Erneſtus.

TOlerantia illa ad breve tempus, ad graviora mala evitanda, conceſſa, quod jus, fas fuit.

§. 2.

Argumentatur contrà Prædicans Anticriticus.

QVod per ſe illicitum eſt, illud etiam ad breve tempus illicitum eſt. Atque iuxta Erneſtum tolerantia exercitij hæretici, qua impunitas, & defenſio illi præſtatur, per ſe illicita eſt, quia ſic directè illi exercitio cooperatur. Ergo illa tolerantia ad breve tempus illicita fuit.

Conceſsâ Majore, diſtinguo Minorem, tolerantia hæretici exercitij, vel perpetua & abſoluta, vel ad tempus ſine causâ conceſſa, eſt per ſe illicita: Concedo; ad tempus, ex causâ, ad majus malum cavendum, conceſſa: Nego Minorem.

Hæc eſt doctrina Erneſti. Permittere hæreſin in perpetuũ ſimpliciter & cum iis circũſtantiis, quibus pax projecta largitur, eſt per ſe illicitũ, quia indirectè & directè cooperatur hæreſi. Indirectè quidem, quia non

impedit,tunc,cùm poteſt & debet impedire. Directè verò, quia facit, ut Principes etiam Catholici ſint ſocij ac pars actionum per ſe inſtitutarum ad introducendam & augendam hæreſin, quando jubet, ut ſi opus ſit, & ſi qui Catholici reſiſtant, Cæſar vi atque armis adſit Proteſtantibus, quando ſacerdotes & alios Catholicos errores admittere nolentes pellere, & in exilium agere volent. Permittere autem tantùm ad tempus, ad majus malum vitandum, vel bonum procurandum, non eſt per ſe illicitum, quia non cooperatur hæreſi ne quidem indirectè.

Probatur. Cooperari indirectè, eſt non impedire, cùm potes & debes: Atqui, qui malũ unum permittit, ad majus aliquod malum evitandum, nõ impedit tunc cùm poteſt & debet impedire. Nemo enim debet & tenetur impedire malum, quando ex eâ impeditione multò majus malum oriturum eſt: Ergo. Ex quo colligas etiam licet; ſine dubio, hæreſin etiam ad tempus, ſine tali cauſâ permittere eſſe de ſe illicitum, eò quòd talis permiſſio indirectè malo illi cooperetur.

Subjungit deinde Anticriticus expoſtulationem Hilarij ad Conſtantium Imperatorem, & Tertulliani ad Scapulam Africæ præſidem. Hic ſcilicet ſuadet, ut ne Chriſtiani vi tomẽtisq; ad ſacrificandũ adigantur, ꝙ religio ſponte ſuſcipi debeat: iſte verò oſtẽdit, iniquum eſſe, ut Catholici inviti adigantur communicare Arianis. Apoſtolos & veram Chriſti Eccleſiam, non edictis & terroribus, ſed patientiâ & virtute fidem propagaſſe. Quid jam hoc ad rhombum? Indéne quicquam conficies cõtra Erneſtum? Nihil. Aliud eſt ad fidem vi Acatholicos adigere, aliud eſt pacem Monaſterienſem cum omnibus illis infandis adjunctis concedere. Prius fieri non poteſt, neq; de eo Erneſtus quicquam ſuadet, aut diſſuadet, poſterius illicitum eſt, & hoc Erneſtus omni quâ poteſt ingenij ope oppugnat.

IV. EXEMPL.

Imperatores & Reges.

1. *CHriſtiani olim Imperatores ſæpius libertatem Religionis conceſſerunt: Ergo.*

§. 1.

Reſpondet Erneſtus.

QUi Imperatores olim libertatem conceſſerunt, vel fuere à fide apoſtatæ, ut Julianus. Quis in exemplum trahat? Vel hæretici, ut Conſtantius.

Quis laudet? Vel neceſſitate, aut incautis conſiliis impulſi, ad tempus ſolummodò conceſſerunt.

Quis non excuſet? Et quidem Gratianus, & Theodoſius, unà cum Valentiniano, & Honorius ſeu facti pœnitentes, ſeu cauſis, quæ excuſabant ceſſantibus, ſeveras deinceps leges in hæreticos ediderunt. C. de ſumma Tripit. C. de hæreticis, &c. Nullus verò eorum ſimpliciter perpetuum conceſſit.

Addo ego, ea Imperatorum indulta fuiſſe leges & ſanctiones pragmaticas, & conſequenter ab ipſis, qui conceſſerunt, & à quovis ſucceſſore revocabiles. Hoc ex causâ licet. At pax, quá de agimus, exigit pactum conventionale, natura ſuâ tale, ut nullus Imperatorum revocare vnquam poſſit, quod nullâ causâ licet.

§. 2.

Obmurmurat Prædicans.

SVprà diſputatum de hac re. Imperatores revocarunt, non pœnitudine facti, ſed hæreticorum indulgentia abutentium, pravis ſtudiis impulſi.

Dicis Prædicans, non probas? Deinde quid ad hoc poſtremum; licuiſſe Imperatoribus, nullo hæreticorum abuſu exiſtente, ſolâ causâ excuſante, ceſſante, legem à ſe latam irritare? Nunquam oſtendes fuiſſe ceſſionem conventionalem.

II. Pacem Paſſavienſem Ferdinandus I. eamq; perpetuam & conventionalem ſanxit. Huic ut Nuncius Apoſtolicus non intercederet P. Caniſius effecit.

§. 1.

Reſpondet Erneſtus.

PAcem illam invito cœlo ſanxit Ferdinandus. Nuncius Apoſtolicus I. Franciſcus Commendonus, Anno 1556. in optimâ (ut dici ſolet) formâ contrà proteſtatus eſt. Tenorem proteſtationis exhibet archivium Auguſtanum. Vide Jnd. p. 36. Ex quo apparet, quàm vanè dicatur, Petrum Caniſium auctorem Nuncio extitiſſe, utne proteſtaretur. Si, qui alij ſuaſere, falſi ſunt, uti & hodie quidam apparente rerum & probabilitatis ſpecie falluntur.

§. 2.

Opponit Prædicans Anticriticus.

1. *QVis credat Hoſio dicenti Ferdinandum I. eam pacem non absq; lacrymis manu reluctante ſignaſſe?*

Quæris, quis credat? Non credimus. Et ſanè quisquis cerebro præditus eſt, facilè aut intelligit tanti viri fidem absq; inſigni impudentiâ in dubium vocari non poſſe.

2. *Commendarunt eam plurimi, qui Hoſio zelo propagandæ Religionis Catholicæ non ceſſerunt?*

Qui nam illi?

I. Georgius Ederus D. Erſtenbergerus, Juſtus Lipſius Auctor deß Calvin:ſchen Models *D. Windeccius. D. Lorichius, P. Roſenbuſch, Lazarus à Schvvendi, &c. ICti.*

Exſpectabam Theologos, Epiſcopos, Cardinales, Hoſio Cardinali pares, tu verò Jurisconſultos, philologos, politicos, adducis, extra forum ſuum juridicum pronunciare de Religione auſos.

At verò ſunt ad manum Theologi. Audiamus

Robertus Perſonius Ieſuita laudat. Fallis.

Suadet Reginæ Eliſabethæ, ut ne tanta ſtrage in ſubditorum carnificinam graſſetur.

Adducit Germaniam in exemplum & dicit: *Benevolentia & tolerantia res tentanda eſt, quod Germaniæ Principes, ut plurimùm faciunt: Nam perſecutionibus & preſſuris, tantaq; hominum ſtrage & laniena uſus docuit nihil proficì poſſe.*

Jam, quæſo, quæ hæc conſequentia: Perſonius laudat Proteſtantes, quod moderatione in ſuos ſubditos Catholicos utantur, & ſanguine ac cædibus in illos, ut plurimùm non deſæviant: Ergo laudat Pacem Religionis à Ferdin. I. initam, quantam quantam? Certè, Domine Dorſch, quantus quantus Doctor videaris, iſtam conſecutionem ex verbis Perſonii non extundes, ne pilo catapultario quidem.

Guil. Alanus, poſtea Cardin. in Apolo. pro ſacerdotib fol 246. valde commendat, in Germania nullum ita ad alterius poſſeſſionem compelli, quin poſſit, ſi non in hac vel illa civitate, regione, Eccleſia aut paracia, ſaltem in vicina aliqua iuxta fidei ſuæ conſcientiæq; præſcriptum exercere officia.

Infer, ô Doctor, infer. Ergo laudat pacem Religionis ex toto? O Logicam Prædicanticam! Faxo ego tibi ſimile argumentum, ex verbis ejusdem Auctoris immediatè ſequentibus. Ecce illud in formâ, ſed tuâ.

Alanus commendat, quòd in Regnis & Provinciis Turcæ, Perſaq; ſubiectis, veteres Chriſtiani, liberè ſua religione uti permittuntur. Item, laudat Arianos Hæreticos, quòd olim naturali quadam benignitate inducti, Eccleſias aliquot & oratoria, in cæmiteriis locisq; contiguis, Catholicorum uſibus aſſignarint. Ergo Alanus commendat & approbat Turciſmum & Arianiſmum.

En Argumentum, per caput pe̕deſq; pedes, ut dici aſſolet, ineptum, ſed ex regulis Dorſcheanæ Dialecticæ concinnatum. Veniam dabis mihi credo D. Dorſch, ſi auctorem reſpõſi ad juſtitiam Britannicam, quem eodem modo, per pilos huc attraxiſti, prætercam. Laudant omnes illi moderationem & lenitatem Germanicam, præ cruentis Britannorum & furcis, & patibulis, & gladiis, & ignibus, & meritò laudant: nõ tamen ideo pacem religionis univerſam calculo approbãt ſuo. Qui partem laudat, is propterea totum non laudet. Et qui à dicto ſecundum quid, arguit ad dictum ſimpliciter, nonne ſophiſta eſt? Subſume hîc lector, &, qualis ſit D. Dorſch, conclude.

§. 3.

Objicit adhuc Nonnemo Catholicus.

Exemplum Pacis Pragenſis, quam unà cum Epiſcopo Viennenſi pluſquam 20. Theologi comprobarunt, idq́; ex iisdem principiis quibus pax religionis ſubſiſtit. An Erneſtus eam damnet.

§. 4.

Reſpondetur cum Erneſto.

PAx ea, quâ parte temporalis eſt, non meretur equidem cenſuram, quâ verò pacem religionis confirmat, aliaque ſtatuit, quæ malo, partim indirectè, partim directè cooperantur, non evadet judicium Theologicum, & Dei.

Probarint illam 20. Theologi, ſunt in orbe Chriſtiano pluſquam 20. Theologum cenſuriæ, qui, ſi rectè negotium iis exponatur, nigrum omnes Theta præfigant. Pluris apud nos eſſe debent Patrum ac Pontificum aperta judicia, quàm paucorum Theologorum recentium privatæ qualeſcunque demum opinationes. Deniq; fiat ſemel res digna tanto molimine. Conſignetur ſcripto contentio, explicetur ſpecies facti, candidè, uti ſe habet, proponatur Pax religionis, & illa Auguſtæ 1555. concluſa, & Pragenſis Ann. 1635. ſtatuta, & Monaſterienſis juxta Projectum illud, quo de agimus, ineunda, mittatur ad omnes & ſingulas Univerſitates, quotquot in Europâ ſunt Catholicæ, in Germaniam, Italiam, Hiſpaniam, Galliam, proponatur Theologiæ Facultati, rogetur, ut dicant, quid ſentiant, quidve ex intimis Chriſtianæ Catholicæ Theologiæ principiis & fundamentis arbitrandum putent, auſim ſpondere, ex omnibus, ne vel unam futuram, quæ probet, aut probari poſſe autumet.

Et quando res hæc tanti tamq; immenſi eſt momẽti, cur non emiſſis pauculis quibusdam domeſticis privatisq; Theologis, ad eas ſaltẽ, quæ in Germaniâ utraq; ſunt, orthodoxas Academias publicas, publico Theologorum

logorum examine & iudicio ex profeſſo expendendam decernendamque mittimus? Audiamus Facultatis Theologicæ Duacenſis, Lovanienſis, Colonienſis, Trevirenſis, Moguntinæ, Herbipolitanæ, Pragenſis, Viennenſis, Dilinganæ, Ingolſtadianæ, Friburgenſis, Paderborn. Monaſter. Molshem. &c. opiniones, ſententias, & decreta. Etſi quidem ab ipſis damnetur Erneſtus, vapulet omnium linguis, & taceat; ſin verò cum Erneſto faciunt, vivat iudicium Theologicum, neque fas ſit deinceps cuiquam contrà hiſcere aut mutire, Tros Rutuluſue fuat.

SUBSECTIO X.

Quædam obiectiones contra Erneſtum proponuntur & diluuntur.

I. OBIECTIO.

Principes Cathol. ci tolerant Iudæos, idq; licitè, quidni & tolerent hæreticos, pace perpetuâ, cum illis conſtitutâ.

§. 1.

Reſpondet Erneſtus.

NEgando conſequentiam; neque enim ulla eſt paritas. Nam Iudæi fidei noſtræ non officiunt, cùm potius teſtes ſint nobis Chriſti paſſi & mortui, &c. Hæretici non ſunt teſtes. Iudæi neminem pervertunt, aut etiam pervertere permittuntur: Hæretici faciunt, & faciendi poteſtatem vi pacis habent. Iudæi neminem Chriſtianum ad ſuam perfidiam, exilii pœnâ propoſitâ adigunt: Hæretici faciunt & facient. Iudæi vi permiſſionis, non abſolvuntur ab illâ infamiâ iuris aut facti, ſed omnibus exoſi, honore munium publicorum carent: Hæretici, vi permiſſionis, pari cum Catholicis erunt honore, & in muniis publicis dignitate. Iudæi tolerantur per ſanctionem pragmaticam, ab Imperatore & Principibus pro libitu re-

uti revocabilem, & cùm primum cauſa permittendi rationabilis ceſſaverit, revocandam: Hæretici permitti volunt, per pactum, fœdus, conventionem, ex naturâ ſuâ abſque utriuſq; partis conſenſu irrevocabilem, & conſequenter ſimpliciter perpetuam. Et hæc diverſitas, eſt tanta tamq; manifeſta, ut mirum ſit potuiſſe à Theologis hoc argumentum urgeri. Vti in ſcholis, exercitationis causâ, diſcipulis talia proponantur, laudabile ſit, ut autem à viris Theologis Conſultoribus, Confeſſariis, ſeriò tanquam momenta, deliberandis, decernendisque negotiis futura, in medium afferantur, id enim verò, penè intolerabile videatur.

§. 2.

Inſtat tamen Prædicans Anticriticus.

I. *IVdæos ab infamia liberari.*

At quomodo, ô caput Anticriticum! Non ſunt Iudæi apud nos infames? Annon deteſtabiles? Omni honore & dignitate privati?

Etſi enim infames vulgo & de facto habeantur, nulla tamen eos onerat infamia, quæ à lege, SCTO, vel edicto prætorio, vel Imperii ſanctionibus originem habeat.

Vt ne hîc hæreamus, quanquam contradici meritò poſſit, ex l. ult. C. de Iudæis, quâ iubêtur *omni patria honore carere.* Eſto tamen quod dicis. Non laborent Iudæi infamiâ iuris humani civilis: Ergone per tolerantiam Principum noſtrorum liberantur ab infamia? O logica, quoties te inclamem! Si nulla eſt in iure ſcripto Romano Iudæorum infamia, ut tu contendis, quomodo Principes noſtri, eos tolerando, abſolvunt ab infamiâ iuris? Poteſtne abſolvi infamia quæ non eſt ullibi? Suadeo, porculum tibi quamprimum emas, & piari te extempiò cures. Nimia contradicendi in omnibus cura niſi caves, neſcio quo te rediget.

II. Addit.

II. Addit. *Illam rituum Iudaicorum exercitationem rem eſſe illicitam: Deo adverſam, Chriſto iniuriam.*

Benè dicis. Conſentimus unà omnes.

Et tamen quia eſt error mentis & opinionis, non contra conſcientiam tolerari.

Hîc iam errat. Non ideo illos toleramus; neque ideo fas eſt tolerare.

III. Nullam eſſe neceſsitatem aliam tolerandi Iudæos.

Iterum errat. Maioris boni causâ toleramus. Imprimis enim ſi Iudæos pellamus, non ideo cavebimus, utne Chriſto ritibus ſuis blaſphemis ſint uniarii. Maiore id libertate facient, ſi ad Turcas abeant. Cùm ergo ritus illorum ſcandalo nobis non ſint, ſed potius teſtimonium fidei noſtræ præbeant, & ſubinde eorum aliqui, familiari noſtrorum uſu ad fidem & baptiſmum adducantur, quod futurum non eſſet, ſi pellerentur, multò equidem melius eſt, illos eâ boni ſpe tolerare. Quod ſi autem Principes aliqui ſolâ lucri temporalis commoditate ducti, impium genus fovent, ipſi viderint. Certè Theologorum id nemo probet.

IV. Tolerantiam Iudæorum non eſſe ſimplicem & reſtrictam, ſed perpetuam, cum defenſione & vindicatione contra iniurias coniunctа.

Iterum errat, erro Anticriticus. Nam putem homini illi ignotum eſſe non poſſe, in poteſtate Principum noſtrorum & præſertim Cæſaris eſſe, cùm voluerit, & cùm ratio maioris vel boni vel mali contrarium non amplius ſuaſerit, omnes pro libitu Iudæos, & poſſe & debere, ex Imperii finibus exigere, aut ſaltem ritus minimè tolerare.

II. OBIECTIO.

Catholici Principes tolerant uſuras, de ſe illicitas: Ergo & poſſunt licitè tolerare hæreſin de ſe illicitam.

§. 1.

Reſpondet Erneſtus.

NOn eſſe parem rationem. Vſuræ præſertim Iudæis permittuntur, ſine honeſto, maioris mali cavendi ergo: quâ causâ, ſi fortè fieri poteſt, ceſſante, non eſt fas tolerare uſuras. Eſt ergo tolerantia eâ ex causâ, & ſi cauſa ceſſet, revocabilis.

§. 2.

Obmurmurat Prædicans.

1. *NVlla eſt neceſſitas. Neque enim ullum maius bonum promovetur, neque malum cavetur. Vnde enim petunt pauperes Chriſtiani mutuum ibi, ubi Iudæi non tolerantur, & tamen uſuræ licitæ non ſunt?*

Reſpond. Inde petunt, ſaltem plurimi, unde non accipient. O quàm multi, cùm Iudæi non ſunt, à Chriſtianis uſurario contractu mutuare coguntur? quàm multi furtis, rapinis, fraudibus vitam tolerant? quàm multi uxorem liberosque proſtituunt? quàm multi quo ſibi vitæ ſubſidia comparent, cædibus & latrociniis graſſantur, furcarum & rotarum futuri victimæ, qui, ſi uſurarum aliquis uſus fuiſſet, minore aliquo rei familiaris detrimento, vitam honoremque ſuum redemiſſent. An non minus malum eſt fœnori impunitatem aliquam dare, quàm multos homines in deſperationem perſæpe extremam coniicere? Quod ſi alicubi ea eſt populi Chriſtiani charitas, vel Magiſtratus publici providentia, vt indigentibus mutuum facilè, & quantum uſus communis poſcit, præſtetur, ibi uſurarum tolerantia ne ſit. Quis vero es tu, ô homo, ut cenſeas Principes, dicasque eos aliter quàm uſurarum permiſſione maius illud malum amoliri poſſe? Ne ſutor ultra crepidam arbitretur ſuam. Tu quid domi tuæ tolerare debeas aut poſſis, per nos licet, ſententiâ decretoriâ decernas. Quæ Principes noſtri in tolerandis uſuris, maiora aut bona procuranda,

-randa, aut mala cavenda intendant, aut non intendant, tuum non eſt diiudicare.

Demum concludamus verbo. Si Principes Catholici, abſque cauſâ ſufficiente, uſuras permittunt, negamus Antecedens, ſcilicet rectè permitti, Si cum cauſâ: negamus conſequentiam; nempe eſſe parem rationem. Quid iam vis amplius?

II. Permiſſio Religionis rebus ita exigentibus, magis eſt licita quàm illa, quæ permittitur uſurarum exactio.

Proba Prædicans.

Illius enim obiectum eſt libertas iurium Religionis conſtituenda. quæ ſecundum ſe eſt licita.

Satis eſt. Falſum dicis. Hæreſis non habet ius Religionis.

Ibi libertas conceditur circa obiectum, non niſi ſupernaturali lumine dignoſcendum. Bene ſit. *Erga quod nobis naturalis eſt inimicitia. Rom. 8, 7.*

Erras. Sapientia carnis inimica eſt Deo non quia ſupernaturalis, ille, aut obſcurus eſt cognitu: ſed quia leges ei contrarias dictat, quod facit etiam, ut naturaliter & evidenter cognoſci à nobis poteſt.

Vbi profectò mentibus humanis indulgendum aliquid & condonandum, tanquam contra conſcientiam non peccantibus.

Semper erras. I. quod dicis in rebus fidei obſcuris contra conſcientiam non peccari. Ain' tu, quid de te ipſo cenſes? An non contra conſcientiam peccares ſi negares Deum eſſe trinum & unum? Credo equidem peccaturum. At eſt circa obiectum non niſi ſupernaturali lumine dignoſcendum, adeoque obſcurum, abſtruſum, erga quod naturalis tibi eſt inimicitia. Vide ergo quo te ducat tua philoſophandi de obſcuris ratio. 2. Quod putas in obſcuris obiectis facilius impunitatem concedi debere, quàm circa ea quæ evidentibus ex lumine naturali principiis evinci & confutari poſſunt. Ex eo enim conſequitur, atheiſmum publicum, blaſphemiam in SS. Trinitatem, contemptum baptiſmi, potiùs toleranda quàm leve mendacium aut rei exiguæ alicuius factum. Non eſt ita, mi Prædicans. Contra Deum, licet obſcurè notum, graviùs peccatur, cæteris paribus, quam in hominem quem oculis carnalibus videas. Fides, etſi obſcura ſit, tamen ſimpliciter eſt ad ſalutem neceſſaria,

qua ſine impoſſibile eſt placere Deo, credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.

Hebr. 11. Vti ergo præſentius damnum domui infert, & minùs ferendus eſt, qui fundamentum, licet obſcurum, & infra terras detruſum, ſubruit, quàm qui feneſtrarum ſpecularia exturbat, aut parietem alicubi perfodit, ita maiori periculo in Rep. fidelium toleratur is, qui Fidem rerum quidem non apparentium argumentum, ſperandarum tamen ſubſtantiam, & baſin, opinione contrariâ ſubvertit, quàm qui contra alterius cuiuſdam virtutis lumine naturali perſpectè officium, licæt manifeſtum, delinquit. Hæreſis carcinoma eſt, quod niſi exſcindis, brevi tempore reliquas corporis adhuc integri partes, contagione quadam occultâ depravat & inficit.

III. OBIECTIO.

Principes Catholici permittunt lupanaria licitè: Ergo & poſſunt licitè permittere hæreſin.

§. 1.

Reſpondet Erneſtus.

LVpanaria gravioris mali evitandi causâ conceduntur, cum multis ſeveritatis cancellis, conceſsâ impunitate, ſed & relictâ infamiâ, impoſito tributo, adhibitis etiam caſtigandæ & refrænandæ licentiæ non pauculis mediis, & hoc totum revocabiliter. Atque ita quidem permittere licet. Quod ſi iuſtæ permiſſionis cauſæ non adſint, vel eo modo lenocinium publicè licere velis, uti Proteſtantes errores ſuos licere volunt, omnino non licet. Et quia multis in locis cauſæ tales non vrgent, Principes noſtri lenonum gurguſtia, & ſubmœnianarum uxorum latibula minimè ferunt. Vbi verò ferunt, hæc lex eſt.

1. Certis tantùm locis lupas alere & proſtare fas eſt.
2. Vectigal coërcendæ licentiæ plerumque imponitur.
3. Infamiæ & ignominiæ publicæ notâ inuruntur lupæ, cumque matronis honeſtis, nullo iure, aut honore, aut dignitate æquari poſſunt.
4. Non licet Lenonibus quenquam ad ſcortandum propoſita aut exilii aut mulctæ pœnâ compellere.

5. Non

5. Non habent Lenones aditum ad honores & Magiſtratum urbis, neque in conſeſſu publico viris honeſtis aſſidere licet.

6. Non paciſcitur Reſp. aut Princeps impunitatem criminis in perpetuum, ſed plenam retinet poteſtatem, ubi viſum fuerit, omnem permiſſionem revocandi.

Hîc iam dico. Permittat eo iure Cæſar hæreſin, & factum erit Erneſto ſatis.

§. 2.

Adhuc ex lupanaribus argumentum urget Prædicans.

Longè tamen deterius eſt, lupanaria concedere quàm hæreſin. Audiamus ut probet hæreſios Advocatus.

Primum, inquit, *quæ neceſſitate medii ad ſalutem credere tenentur, à quacunque diſſidentium parte creduntur.* Demus hoc. Perge. *Quod ſi Lutherani non credant ea quæ à Pontificiis dicuntur creditu neceſſaria, neceſſitate præcepti, non tamen audent Pontificii dicere Lutheranos propterea præcise damnari.*

Immò audent dicere, & dicunt, quia ſcilicet peccant graviter contra præceptum fidei, quod obligat ad non diſſentiendum iis, quæ tanquam à Deo revelata, ſufficienter proponuntur. Quomodo iam ſubſiſtis? *At ſi abſit malitia.* Etſi abſit, modò adſit error vincibilis qui malitiam quidem excludit, culpam tamen etiam gravem non excludit.

Si diſcredant talibus articulis, ideo quia ſibi perſuaſi ſunt regulæ fidei iſtam ſententiam congruere.

Perſuaſio hæc erronea eſt, & duplici modò accidere poteſt, primùm, vincibiliter, & cum culpa gravi, & tunc quidem à noxa gravi non excuſat. Secundò, invincibiliter, & abſque culpâ, & tunc fateor illos tales à culpa immunes eo præcisè nomine non damnari.

Inſtet:

Inſtet Prædicans. *Ergo ſaltem datur ignorantia invincibilis & error inculpabilis, circa articulos neceſſitate præcepti credendos.*

Ita. Sed quid hoc ad rem præſentem?

Ergo minus malum eſt hæreſin permittere quàm lupanaria?

Quare demum minus?

Nimirum, quia nemo poteſt ſalvari lupanari deditus, poteſt autem quiſpiam ſalvari hæreſi infectus.

O argutum argumentum! Quis ex his anguſtiis expediat Erneſtum? Mi homo, quando ita imperitus es, audi ſemel & diſce. Nemo ſcortator, talis manens, per ſe poteſt ſalvari, ita nemo hæreticus, vel in uno ſolo articulo exerrans poteſt ſalvari. Ergo hic eſt pariſſima paritas. Iam fieri poteſt ut ratione invincibilis ignorantiæ, hæreticus quiſquam à culpa eximatur, ita ut error ſaluti non officiat, id verò per accidens eſt, & non ex indole hæreſios. Atqui cùm leges feruntur, non reſpiciunt quod per accidens eſt, ſed quod per ſe fieri aſſolet. Ergo & lex permiſſiva, non debet in hæreſi attendere, quod per accidens, ſed quod per ſe evenire conſuevit. Iterum, cùm de malo aliquo morali in Rep. tolerando agitur, abſque dubio illud è duobus æſtimari minus debet, & præ altero potius conniventiam meretur, quod omnibus ponderatis levius animarum detrimentum affert. Atqui tolerantia lupanarium, uti à Catholicis indulgeri alicubi aſſolet, omnibus æquâ rationis lance expenſis, levius animarum damnum affert, quam tolerantia hæreſios, quam Pax proiecta urget, ſit allatura. Ergo. Probo minorem evidenter, 1. Multò pauciores in Catholicâ urbe ad lupanar deflectunt, quàm in urbibus, ubi hæreſis impunè viget, ſint hæretici. Nam Romæ v. g. pauciores ſunt ſcortatores, quàm Noribergæ ſint Acatholici: vin' exemplum multo clariſſimum? Argentinæ, ſi ea concederetur fornicis publici libertas, quæ ibidem viget Lutheraniſmi impunitas, nunquam tamen tantus eſſet futurus impudicorum numerus, quantus modò eſt Lutheranorum. Nemo dubitet. Coniugum aut nullus, aut vix aliquis iret. Liberorum plurimi à parentibus arcerentur. Ergo ad paucos luſtri corruptela perveniret. Ad errores verò Lutheranicos, coniuges, liberos, ſervos, ancillas, totis commeare legionibus & caſtris, quis non videt?

2. Scortatores in corpus ſuum peccant: Hæretici directè Deo & eius auctoritati derogant.

3. Illi

3. Illi corporale peccatum committunt, iſti ſpirituale. At hoc eſt iſtis gravius ex genere ſuo. S. Thom. 1. 2. qu. 73. a. 5.

4. Illi citiùs ad cor redeunt & convertuntur, hi rariùs.

5. Illi per unam domus ſuæ portam prædonem admittunt, hi fundamentum funditus eruunt: Illi florem arboris, hi radicem exſtirpant: Illi aquas Cœleſtis gratiæ profundunt, hi fontem & ſcaturiginem præfocant & inficiunt: Illi oculis abutuntur, hi planè evellunt. Illi plura gratiæ divinæ recuperanda media habent, ſcilicet ſacramenta pœnitentiæ, Euchariſtiæ, Extremæ Vnctionis, hi iſtis omnibus carent. Ex quibus colligo, minore animarum periculo à Magiſtratu Catholico lupanaria concedi poſſe, quàm hæreſis licentiam, etſi utrumque revocabiliter. Quòd ſi autem conceſſio hæreſis revocabilis & minimè perpetua, gravioris eſt diſcriminis, quid de pace Proiecti ſentiendum eſt, quæ perpetuam errorum impunitatem ita exigit, ut non tantùm fas ſit principibus eos ſubditis ſuis leniter proponere, ſed etiam ſub pœnâ exilii & emigrationis amplectendos vi obtrudere & ingerere?

II. Sunt Doctores Catholici qui contra lupanarium permiſſionem graviter diſputant. Navarr, Mariana Lorinus alii.

Benè eſt. Quid hoc iterum ad rem, niſi ut alienâ doctrinâ tuum librum farcias? Sanè iidem auctores, qui in lupanarium impunitatem invehuntur, in libertatem Religionis, præſertim eam, quam Proiectum concedit, multò equidem acriùs, ſi rogarentur, inveherentur. Qui non lenocinio tolerando alicubi peccetur, non neget Erneſtus. Hoc tantùm hîc diſputat, ex tolerantiâ meretricum, ea quæ licitè à principibus Catholicis indulgeri poteſt, non rectè argui ad abſolutam hæreſis impunitatem.

IV. OBIECTIO.

Rex Galliarum Chriſtianiſſimus licitè permiſit ſuis Hugenottis libertatem Conſcientiæ; Ergo & Imperator poteſt pacem Proiecti licitè concedere.

Hanc obiectionem non unus modò Prædicans Anticriticus, ſed & catholici aliqui politici (vix enim à Theologis niſi rerum valde imperi-

tis proficiſci poſſe credo) iteratò, &, ut putant, vehementer urgent, quæ tamen nullius omnino eſt roboris, ut mox omnibus conſtabit. Quare

Reſpondeo ad Anteced. Concedo Regem Chriſtianiſſimum licitè concedere, ſed vide Lector quâ lege atq; omine concedat.

1. Rex cum ſubditis ſuis, quales Hugonotti ſunt, non paciſcitur (le Roy ne pactiſe point auec ſes ſubiects) de libertate conſcientiæ permittendâ, ſed per ſanctionem pragmaticam tantùm conſtituit. Atque hæc ſanctio omnes ligat, ipſum tamen Regem non obſtringit; Sed poteſt ille, cùm res aliter poſtulabit, vel ipſius ſucceſſor, eâdem utens poteſtate, planè contrarium ſtatuere, uti paulò ante demonſtravimus.

2. Nullus toto Galliarum regno locus eſt in quo Exercitium Catholicæ Religionis non ſit publicè liberum.

3. Si aliquibus ex urbibus Hugonottorum iniuriâ exactum erat, reſtitui iubetur, & reſtitutum eſt.

4. Bona omnia Eccleſiaſtica ſuis poſſeſſoribus reſtituenda, ita ut toto Galliarum regno hæretici ne teruncium quidem redituum Eccleſiaſticorum ſibi vendicent, aut vendicare poſſint; tantùm abeſt, ut Abbatias, Monaſteria, Epiſcopatus aut Archiepiſcopatus obtineant. Hinc cùm Bearnenſes populi talia bona occupaſſent, Rex Ludovicus 13. Anno 1617. 25. Iunii, omnia ut integrè reſtituerent edixit, cùmque illi hæreticâ pervicaciâ iuſtæ Regis voluntati parere recuſarent, armis Baſilicis compulſi ſunt, & omnibus exuti, teſte Spondano in hiſt. eiuſd. anni.

5. In nullâ Eccleſiâ, quam Catholici ſtruxerint, licet hæreticis ſuos agere conventus.

6. In nullâ civitate Archiepiſcopali, aut cuius dominium ſpectet ad Eccleſiaſticos, quales multæ ſunt & præſtantes, licet publicum hæreſios exercitium.

7. Neque licet in Aulâ aut Comitatu Regis.

8. Neque in ditionibus tranſmontanis.

9. Neque in Vrbe Pariſienſi.

10. Neque in viciniâ eiuſdem ad quintum lapidem, ſive quinque leucarum ſpatium.

11. Neque pro caſtris, niſi in domicilio ſtrategorum, ſi quis eorum Religionis reformatæ prætenſæ adeſſet, ubi Rex ipſe tamen non adeſſet.

12. Hu-

12. Hugonotti tenentur feſtos Eccleſiæ Catholicæ dies celebrare, clauſis tabernis, omiſſoque quovis ſervili labore, qui foris exaudiri poſſit.

13. Obligantur Hugonotti ad leges Eccleſiæ Romanæ, quæ concernunt matrimonii impedimenta, gradus affinitatis, & conſanguinitatis.

14. Tenentur iidem perſolvere reditus ac decimas Parochis Catholicis,& aliis Eccleſiaſticis iuxta morem loci.

15. In Camerâ Edicti, Hugonotticis cauſis cognoſcendis inſtitutâ, primus Præſes eſt catholicus, dimidia etiam Senatorum pars Catholicâ. Hæc ex edicto Nannetenſi apud Petrum Matthæum & Scipion. du plaix, in Henrico IV. Præterea interdictum eſt Prædicantibus graviſſimè, ne unquam pro concione declament, aut ſcriptis ſuis inſerere auſint Papam eſſe Antichriſtum. Teſte Henrico Spondano An.1603.n.5. Probè memini, ante annos aliquot, in provinciâ Narbonenſi, cùm iſtic degerem, verborum Miniſtrum, ob talia verba ex ſuggeſtu effutita, à quæſitore Regio furcæ publicæ addictum fuiſſe. Plures civitates ſunt, in quibus ne uni quidem, qui Catholicus non ſit, habitatio conceditur, interq; cæteras Toloſam, amplitudine & Senatu inſignem, Anicium item, populoſam Velauniæ Metropolin, eo iure uti animadverti. In iis locis ubi pars civium maior & potior hæretica eſt, primus tamen Conſul Catholicus, ex lege Ludovici 13. eſt deſignandus. Etſi quando ex vetere Eccleſiæ noſtræ uſu, pompam ſolennem cum Euchariſtiâ Clerus ducat, etiam Hugonotti plateas ſuas verrere, & ædium ſuarum Veſtibula ac parietes aulæis ac periſtromatis, inſignire & exornare iubentur, eo qui contrà fa- xit, pœnas dante.

Nullum toto regno locum communitum obtinent, neq; communiendi poteſtatem habent. Nullos conventus indicere publicos, abſque Regis ſcitu conceſſum. Hoc tempore in curiis ſupremis (exceptâ Camerâ Edicti, quæ morem ſuum retinet) Parlamentorum, Quæſtorum, Theſaurariorum, Auxiliorum, Computationum, imò & in minoribus Præſidialium, Seneſchallorum, Ballivorum, per quàm pauci reperiuntur officiales Hugonotti, ſed in eorum decedentium locum penè ſemper Catholici ſurrogantur. Verbo, in Gallia, Regis edicto & voluntate, Catholica religio in omnibus rebus primas obtinet, neque Reformata, quam nonniſi prætenſæ nomine in Edictis,

& Actis publicis compellare licet, illi æquali dignitatis iure incedit, ſed indulgentiâ baſilicâ ad nutum Regis revocabili, purè & putè toleratur. Hic iam æquum Lectorem rogo quæſoque, apud animum ſuum pauliſper expendat, quâ fronte ſint illi, qui ab hac Gallicâ libertate, ad noſtram, quâ deagimus, pacem argumentantur? Per Deum bonum & immortalem, quæ demum iſta res, ita diſcurrere! Rex Galliæ temporariam, & à ſuomet nutu ſemper pendentem, impunitatem concedit, nullo tamen iure permiſſo Catholicos impediendi, ad hæreſim aut ad exilium adigendi, in Papam maledictis graſſandi, ullum Epiſcopatum, Monaſterium, beneficium, aut adeo feſtucam unam, quæ ad Eccleſiaſticos ſpectet, occupandi: Ergo Imperator licitè etiam aget, ſi in Germaniâ Acatholicis perpetuam, à ſuâ deinceps voluntate independentem hæreſis permiſſionem concedat, poteſtate inſuper datâ, ut Proteſtantes è ſuis terris omne exercitium Catholicæ religionis & publicum & privatum exigant, ut Orthodoxos, vel ad errores ſuos amplectendos, vel ad ſolum vertendum cogant, ut Papam Antichriſti horrendo nomine, & ſcriptis & dictis proſcindant, ut beneficia innumera, Abbatias plurimas, Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, adeoque Principatus & dominia ſuprema, non pauca ad Eccleſiæ ius ſpectantia, impunè invadant, & ſæculari perpetuo iure ſua faciant, utque Cæſar ad hæc omnia Executioni mandanda, edictis, decretis, ſententiis, vi, armis, concurrere & præſto eſſe debeat? Quæſo, liceat ſemel adhuc dicere, quâ fronte homines rationis uſu pollentes, Catholici, &, ſi Superis placet, Theologi, hanc conſequentiam orbi terrarum audent obtrudere & oſtentare? Quòd ſi ab Exemplo Regis Chriſtianiſſimi argumentum libet ducere, cur non multò equidem veriùs ita conficiunt: Rex Galliæ concedit libertatem conſcientiæ, non per tranſactionem utrinque perpetuam, ſed per ſanctionem pragmaticam iure revocabilem: Ergo & Cæſar faciat. Iterum; Rex Galliæ, ita permittit hæreſim, ut tamen in omnibus locis reſtituatur exercitium Catholicum, ut Acatholicis non liceat Orthodoxos vexare, ad errores impellere, exilio mulctare, ſacerdotes abigere, templa occupare, beneficia, Abbatias, Epiſcopatus ullos invadere & retinere: Ergo & Cæſar iſtis conditionibus & non aliis, in Imperio debet Proteſtantibus

liber-

libertatem permittere ? Verbo. Faciat Cæſar talem pacem , in Germaniâ , qualem cum ſuis Hugonottis Rex Chriſtianiſſimus fecit in Galliâ , & dicemus omnes : Vivat Cæſar , pacificus , Catholicus ?

SUBSECTIO XI.

Decimum pro pace Protecti argumentum.

PRobabilitas eſt ſententiæ. Patrocinatur enim ei multiplex & ratio & auctoritas. Auctores compoſitionis pacis conſentiunt. Tannerus non contradicit.

§. 1.

Reſpondet Erneſtus.

OPinatio eſt levis , nullâ ratione Theologicâ , nulla auctoritate ſatis tuta ſolo præiudicio pacis Religionis olim initæ innixa. Quid autem hoc ad tam manifeſtum ſummorum Pontificum , Patrum & Doctorum , quos ſuprà attulimus , iudicium ? Nullus Theologus produci poteſt , qui pacem talibus conditionibus probet. Cardinalis Hoſius , Poſſevinus, aliique graviter refutant. Auctor Compoſitionis pacis præcipuus ſententiam mutavit ante mortem. Suprà dictum. Tannerus non probat. Imò addam , damnat potiùs. Ita loquitur to.3. d.1. q.9. dub.3. aſſert.3.

Vt à Principe Catholico in ſua ditione , ſive ex parte obiecti ſeu religionis amplexandæ, ſive ex parte temporis, abſoluta undique ,& in circumſcripta, adeoque perpetua credendi *libertas* , *pacto aut iuramento concedenda firmetur , moraliter & practicè vix unquam licitè fieri poteſt.*

Quod vix unquam fieri poteſt , moraliter loquendo , nunquam fieri poteſt.

§. 2.

Obluctari conatur Prædicans.

I. *Hoſius non fuit auditus, cum illas conditiones in Comitiis regni refutaret.*

Non fuerit. Ideóne malè refutavit? Sæpe qui rectius ſuadent, non audiuntur.

II. Franciſcus Burckardus in Autonomia ſua, non vult videri quod pacem Religionis Anno 1555 *ſtabilitam impugnet.*

Nunquid tamen Autonomiam deteſtatur? Hæc eſt pars illius pacis. Totam non impugnat, neque nos impugnamus. Vti & modò, pacem cum Proteſtantibus non diſſuademus. Abſit. Licitam tantùm & ſine offensâ Numinis date, & ſufficit nobis. Concedite omnia, quæ fas eſt, conſcientiam & animas non prodigite.

III. Becanus nihil contra ſanctionem religioſæ pacis dicit, ut quivis videt, quem non zelus contra Politicos & heſternos Theologos faſcinavit.

Imò verò contradicit, ut quivis videt, quem non zelus contra Iudicium Theologicum faſcinavit. Tu concluſionem quartam & quintam laudas ex to. I. c. 16. 44. ſed more tibi ſolenni, & perfidè. Audi Becanum. *De hac re,* inquit, *ita ſtatuendum eſt.*

I. Libertatem religionis eſſe illicitam & divino præcepto repugnantem.

II. Reip. eſſe pernicioſam.

III. Non debere præcepi, approbari, aut introduci ab ullo principe, aut Magiſtratu, ſed potius omnibus modis, ſi commodè fieri poteſt, impediri, & profligari.

IV. Si autem commodè impediri non poſſit, niſi cum maiori damno aut malo Reip. aliquanto tempore tolerari poſſe.

Audin' Prædicans, *aliquanto tempore,* ſi impediri niſi maiore damno non poſſit, tolerari?

V. Et

V. Etſi hoc modo (nunquid ex iuſtâ cauſâ & aliquanto tempore?) *Toleretur, & in pactum deducatur, fidem ſervandam eſſe. Hac catholicorum ſententia eſt , quæ paucis concluſionibus erit explicanda &c.*

Concluſiones ergo ſequentes , iuxta hunc ſenſum , capiendæ ſunt. Nempe 1. 2. & 3. in quibus docet , libertatem Religionis planè illicitam', Chriſtianæ doctrinæ contrariam , Reip. noxiam , legi Dei & divino præcepto adverſam, à nullo Magiſtratu Catholico introducendam, debent intelligi, de libertate abſoluté & in perpetuum, vel, ſi temporaria eſt, abſque cauſâ urgentiſſimâ , data. At quarta & quinta quam tu laudas, de poſteriori, quæ ad maius cavendum malum, aliquanto tempore indulget, ſine dubio loquitur.

VI. Etſi compoſitio pacis Romana cenſura notata fuerit , non refert.

Eccur? *Quia infallibilis non eſt.* At dic nonne Auctor compoſitionis fallibilis fuit? Cui ergo potiùs fidamus?

Parcit nonnunquam Romana Virga , quibus aliorum non parcit.

Sed quid hoc ad rem, niſi ut te oſtendas Hæreticum, Romanæ Eccleſiæ inimicum eſſe? &c.

SECTIO VI.

QVædam argumenta pro alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, contra Erneſtum producta, repelluntur.

§. 1.

Primum Argumentum.

AD rem quod attinet, certum eſt, quod Cæſar aliiq; ſtatus laici non poſſint ius ullum tribuere hæreticis in iſta Bona , quia in ea ipſi nullum ius habent. Ergo non datur illis ius , ſed relinquitur illis facti poſſeſſio , & Cæſar paciſcitur ſe non uſurum iure, quod habet ad illa Eccleſia aſſerenda.

Reſp.

Reſp. Vocetur ius, vocetur poſſeſſio. Non licet illis in perpetuum abſolutè concedere.

§. 2.

Alterum Argumentum.

AD impoſſibile nemo tenetur. Atqui Imperatori ea bona recuperare impoſſibile, cum ſine evidenti periculo totius Imperii non poſſit conari quidem: Ergo non tenetur recuperare.

Reſpondeo. Concedo totum. Quamdiu ſine graviore damno reſtituere non poteſt, non tenetur, neque ad hoc Cæſarem obligare dicimus. An verò de hoc quæſtio eſt in præſenti? Non. Sed controvertimus, an Cæſar in præſentiarum, poſſit ſpondere ſe in perpetuum nolle fungi munere ſuo, quod ei incumbit, ut bona Eccleſiæ recuperet. Atqui eſt illi poſſibile hoc non ſpondere: Ergo impoſſibilitas non excuſat, ſi ſpondeat. Poteſt Imperator ad tempus ſuſpendere ius & officii ſui partes, hoc enim recta ratio admittere poteſt; deponere, & iurare ſe non uſurum unquam imposterum iure ac poteſtate, Eccleſiaſtica bona, & fidem Catholicam reſtituendi, id verò non poteſt, quia muneris Cæſarei ratio, & iurisiurandi præſtiti religio vetat.

§. 3.

Tertium Argumentum.

EPiſcopatus illi, de quibus concedendis agitur, ſunt feudum Imperii. Ergo ſubſunt diſpoſitioni Cæſaris: Ergo Cæſar poteſt abſque voluntate Pontificis & Eccleſiæ Proteſtantibus concedere.

Reſpondeo I. Etiam principatus ſæculares ut Ducatus Saxoniæ, Brunſvigiæ, Laneburgi, &c. ſunt feuda Imperii: Ergo ſubſunt diſpoſitioni Cæſaris: Ergo poteſt Cæſar abſque voluntate Ducis Saxoniæ, Brunſvigiæ &c. illos ducatus alienare, & aliis quibuſcumque concedere?

O fallax

O fallax argumentum!

2. Sunt equidem feuda, ſed Eccleſiæ & Eccleſiaſticis perſonis legitimè conceſſa. Sicut ergo feuda ſæcularibus perſonis conceſſa, non poſſunt à Domino directo eo nomine quòd feuda ſint, alienari & auferri iis invitis; ita nec Epiſcopatus Epiſcopis & Eccleſiâ invitâ.

3. Sunt equidem feuda, ſed ſimul annexum ius habent animas paſcendi, de quo Imperatori ſtatuere non eſt conceſſum.

Manet ergo Iudicium Theologicum. Erneſti de Euſebiis, firmum, ratione comprobatum, Imperatorum, Regum & Principum exemplo ſtabilitum, Patrum ſententiâ roboratum, Martyrum cruore conſignatum, ſummorum Pontificum dictis factisque egregiè contra adverſarios communitum.

TRIGA OPISODROMOS.
ANTICRISEOS DORSCHEANÆ.

NOn erat ſatis Prædicanti Anticritico, ſuo privato iudicio iudicium Theologicum Erneſti exagitare, ſed voluit inſuper Patavinam ab Italiâ ICtorum trigam in auxilium deſperatæ cauſæ advocare. Quam verò id imperitè & prædicanticè faciat, breviter oſtendendum eſt.

SECTIO I.

IVDICIVM trigæ Iuridicæ Patavinæ exponitur.

§. 1.

Species facti.

COmes quiſpiam Tranſylvanus, in ſummo rerum diſcrimine poſitus, cùm à ſuis ſubditis, niſi hæreſios impunitatem concederet, deſerendus foret, quò eorum operâ in Turcis depellendis uteretur, publico edicto, libertatem conſcientiæ omnibus uſque ad concilium

lium generale indulſit, atque eâ quidem re, præſentiſſimum Patriæ exitium, feliciter propulſavit.

Hinc deinde ſubnata controverſia: An Comes ille contra officium Chriſtiani hominis agendo, dignitate exciderit ſuâ & tanquam hæreticorum fautor, ab altiore Marchionis, quem ambiebat, gradu, ſit repellendus.

§. 2.

Sententia deſuper prolata.

RES hæc Patavium delata, ut ſevero legiſtarum clariſſimorum, quales, ea urbs ſumma ſemper cum laude habuit, iudicio expenderetur. Ergo, Marcus Mantua Benavidius, Philipp. Iac. Portius, Tiberius Decianus, Tresviri, eâ tempeſtate iuris explicandi, totâ Italiâ, facilè Principes, collatis unà rationum momentis, pronunciarunt, Comitem in eo facto, ab omni culpâ immunem videri.

Tum quia in ſupremâ neceſſitate ſcandali, & maioris mali vitandi causâ permiſit, tum quia ante Concilium, cum necdum de hæreſi eſſent condemnati, tum quia uſque ad tempus ſolummodo, nimirum concilii generalis celebrandi, impunitatem edixit; atque hanc tamen ſententiam ſuam viri Catholici iudicio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, eiuſdemque Pontificis, Ieſu Chriſti in terris vicarii, lubentes volentesque, verbis expreſſis, & ſolennibus, ſubiecerunt.

SECTIO II.

Obſervationes quædam circa hoc iudicium.

§. 1.

§. 1.

Fuerunt hi trigæ iudices Iuris-conſulti.

E Iuſtiniani & Gratiani ſcholâ publici legum interpretes, quorum præcipua ſolet eſſe de foro fori cura. Rectiùs ergo feciſſet Dorſcheus, ſi ex antiquo profundiſſimorum Theologorum Lyceo, non iam trigam aut quadrigam, ſed vel bigam, ſed virum unum produxiſſet, ſuæ contra nos opinionis aſſertorem, qui rationibus in medium adductis, qui ſanctorum Patrum oraculis, qui Pontificum reſponſis, qui Conciliorum œcumenicorum decretis comprobare ſit niſus, licere non ad tempus, ſed in perpetuum (de hoc enim ſolo hîc litigatur) publico fœdere, publicam immunitatem non dare, ſed adeo paciſci. Verùm iis omnibus prætetitis, Codicis & Digeſtorum Magiſtros laudavit, imitatus hiſtriones comœdos, qui, cum æra ad manus non habent, lupinos in theatro adnumerant, aut aucupes egenos, qui falconibus carentes, in eorum vices noctuas & bubones venaturæ adhibent. Non repudiamus equidem egregios iuris, ſive Canonici ſive civilis, Profeſſores & Doctores, neque eos aſpernamur, imò cum de legum ſenſu, uſuque, & præſertim, in foro externo contenditur, ex illorum potiſſimum reſponſis & ſententiæ litem decidi oportere, omnino volumus. At ut in materiâ Theologicâ, totâ ad internum conſcientiæ tribunal ſpectante, illi præ Theologis, Patribus, Pontificibus, Conciliis ad cauſæ cognitionem & iudicium ferendum advocentur, quod Dorſcheus in hac Trigâ facere molitur, id omnino non eſt ferendum. Ius extra ſuum territorium dicenti impune non paretur. Norunt ICti. Forum internum animæ, in materiâ præſertim Theologiæ moralis, ad ipſos non attinet.

§. 2.

II.

Obſervatio.

MArcus Mantua, cum ſuis, decidit quæſtionem pro foro externo.

Primò equidem, quia ita Iuriſperiti potiſſimùm ſolent. Neque putem tres viros illos Iuris dicundi &. explanandi myſtas, fori ſui immemores, extra illud temerè exſpatiari voluiſſe. Deinde non vano argumento, ex annexo Zetematis, licet colligere, cùm inquirit anxiè, an Comes, eo facto, dignitatis gradu exciderit, &c. ad altiorem capeſſendum, ex legum & canonum rigore inhabilis indignusque ſit cenſendus; quæ ad forum maximè externum ſpectare nemo non videt. Atqui Ernéſtus, contra quem diſputare contendit Prædicans, de foro interno animæ, eoque único loquitur. Quid ergo hæc triga hic ad rem? Certè tam eſt Anticriſi huic triga ſyndromos, quàm quinta, ut dici aſſolet, in curru rotâ eſt opus.

§. 3.

III.

Obſervatio.

MArcus Mantua, cum ſuis aſſeclis, ſubmittit ſententiam ſummo Pontifici.

Ita loquitur Marcus.

Saniori iudicio ſemper ſalvo, & cenſura S. R. Eccleſiæ, ac B. Sanctiſſimi que Vicarii Chriſti, Pauli IV. Pont. Max. cui me ipſum ſemper meaque dicta omnia & ſcripta, ut ſupra, qualiacumque ſint ſemper inquam & humiliter quidem ſubmitto & in fidem me &c.

Portius ſic finit: *Salva ſemper ſummi Paſtoris & Apoſtolicæ Sedis Antiſtitis cenſura, & auctoritate.* &c. Decianus cenſuit: *Cum Proteſtatione, inquiens, quod ſalva ſit ſemper cenſura ſacroſ. Romanæ Eccleſiæ, & ſummi ipſius Pontificis.*

Ergo,

Ergo triarii hi Patavinæ ſcholæ Magiſtri, nihil decretum à ſe volunt, Sedi Apoſtolicæ in eo genere contrarium. Nunquid Prædicans? Niſi velis inſano quodam agendi & loquendi hîc genere uti, & nobis perſuadere, illos etſi proteſtentur, tamen non proteſtari. Hîc iam licet ſubſumere. Atqui pax hæc perpetua, uti iam ſancienda proponitur, eſt cenſuræ, ſententiæ, & auctoritati R. Eccleſiæ eiuſque ſummorum Pontificum, per nuncios hactenus ſuos contrà proteſtantium, adverſa & contraria, ut ſuprà oſtendimus. Ergo pax hæc non eſt huic trigæ conſentanea, neque Triga eſt huic negotio ſyndromos ſed opiſodromos.

§. 4.

IV.

Obſervatio.

Conceſſa in præſenti caſu libertas eſt per edictum tantum.

Sic loquitur Marcus Mantua, ſpeciem facti explicans. *Impunitatem illis edicto conceſſit.*

Non fuit ergo per conventionem vel contractum indulta, ſed per edictum & ſanctionem pragmaticam, cùm edicti fiat ſæpius mentio, pactionis verò planè nulla. Ergo conceſſio, de ſe, ex naturâ ſuâ, erat revocabilis. Atqui in præſentiarum contendimus non de conceſſione revocabili, pragmaticâ, ſed de conventionali, ſimpliciter perpetuâ, & quæ abſq; hæreticorum conſenſu, quibus indulta eſt, revocari non poſſit. Quid ergo? Ergo triga verè opiſodromos hircum mulget, & D. Dorſcheus cribrum ſupponit. An non hæc ineptia?

§. 5.

V.

Obſervatio.

Defenſa per Trigam libertas, eſt temporanea, uſque ad Concilium generale tantum.

Audent inficiari Prædicans? Marcus Mantua habet. *Impunitatem*

 illis.

& Actis publicis compellare licet, illi æquali dignitatis iure incedit, ſed indulgentiâ baſilicâ ad nutum Regis revocabili, purè & putè toleratur. Hic iam æquum Lectorem rogo quæſoque, apud animum ſuum pauliſper expendat, quâ fronte ſint illi, qui ab hac Gallicâ libertate, ad noſtram, quâ deagimus, pacem argumentantur? Per Deum bonum & immortalem, quæ demum iſta res, ita diſcurrere! Rex Galliæ temporariam, & à ſuomet nutu ſemper pendentem, impunitatem concedit, nullo tamen iure permiſſo Catholicos impediendi, ad hæreſim aut ad exilium adigendi, in Papam maledictis graſſandi, ullum Epiſcopatum, Monaſterium, beneficium, aut adeo feſtucam unam, quæ ad Eccleſiaſticos ſpectet, occupandi: Ergo Imperator licitè etiam aget, ſi in Germaniâ Acatholicis perpetuam, à ſuâ deinceps voluntate independentem hæreſis permiſſionem concedat, poteſtate inſuper datâ, ut Proteſtantes è ſuis terris omne exercitium Catholicæ religionis & publicum & privatum exigant, ut Orthodoxos, vel ad errores ſuos amplectendos, vel ad ſolum vertendum cogant, ut Papam Antichriſti horrendo nomine, & ſcriptis & dictis proſcindant, ut beneficia innumera, Abbatias plurimas, Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, adeoque Principatus & dominia ſuprema, non pauca ad Eccleſiæ ius ſpectantia, impunè invadant, & ſæculari perpetuo iure ſua faciant, utque Cæſar ad hæc omnia Executioni mandanda, edictis, decretis, ſententiis, vi, armis, concurrere & præſto eſſe debeat? Quæſo, liceat ſemel adhuc dicere, quâ fronte homines rationis uſu pollentes, Catholici, &, ſi Superis placet, Theologi, hanc conſequentiam orbi terrarum audent obtrudere & oſtentare? Quòd ſi ab Exemplo Regis Chriſtianiſſimi argumentum libet ducere, cur non multò equidem veriùs ita conficiunt: Rex Galliæ concedit libertatem conſcientiæ, non per tranſactionem utrinque perpetuam, ſed per ſanctionem pragmaticam iure revocabilem: Ergo & Cæſar faciat. Iterum; Rex Galliæ, ita permittit hæreſim, ut tamen in omnibus locis reſtituatur exercitium Catholicum, ut Acatholicis non liceat Orthodoxos vexare, ad errores impellere, exilio mulctare, ſacerdotes abigere, templa occupare, beneficia, Abbatias, Epiſcopatus ullos invadere & retinere: Ergo & Cæſar iſtis conditionibus & non aliis, in Imperio debet Proteſtantibus

liber-

libertatem permittere ? Verbo. Faciat Cæſar talem pacem, in Germaniâ, qualem cum ſuis Hugonottis Rex Chriſtianiſſimus fecit in Galliâ, & dicemus omnes: Vivat Cæſar, pacificus, Catholicus?

SUBSECTIO XI.

Decimum pro pace Proiecti argumentum.

Probabilitas eſt ſententiæ. Patrocinatur enim ei multiplex & ratio & auctoritas. Auctores compoſitionis pacis conſentiunt. Tannerus non contradicit.

§. 1.

Reſpondet Erneſtus.

Opinatio eſt levis, nullâ ratione Theologicâ, nulla auctoritate ſatis tuta ſolo præiudicio pacis Religionis olim initæ innixa. Quid autem hoc ad tam manifeſtum ſummorum Pontificum, Patrum & Doctorum, quos ſuprà attulimus, iudicium? Nullus Theologus produci poteſt, qui pacem talibus conditionibus probet. Cardinalis Hoſius, Poſſevinus, aliique graviter refutant. Auctor Compoſitionis pacis præcipuus ſententiam mutavit ante mortem. Suprà dictum. Tannerus non probat. Imò addam, damnat potiùs. Ita loquitur to. 3. d. 1. q. 9. dub. 3. aſſert. 3.

Vt à Principe Catholico in ſua ditione, ſiue ex parte obiecti ſeu religionis amplexandæ, ſive ex parte temporis, abſoluta undique, & in circumſcripta, adeoque perpetua credendi *libertas, pacto aut iuramento concedenda firmetur, moraliter & practicè vix unquam licitè fieri poteſt.*

Quod vix unquam fieri poteſt, moraliter loquendo, nunquam fieri poteſt.

§. 2.

Obluctari conatur Prædicans.

I. H*Oſius non fuit auditus, cum illas conditiones in Comitiis regni refutaret.*

Non fuerit. Ideòne malè refutavit? Sæpe qui rectius ſuadent, non audiuntur.

II. Franciſcus Burckardus in Autonomia ſua, non vult videri quod pacem Religionis Anno 1555. *ſtabilitam impugnet.*

Nunquid tamen Autonomiam deteſtatur? Hæc eſt pars illius pacis. Totam non impugnat, neque nos impugnamus. Vti & modò, pacem cum Proteſtantibus non diſſuademus. Abſit. Licitam tantùm & ſine offensâ Numinis date, & ſufficit nobis. Concedite omnia, quæ fas eſt, conſcientiam & animas non prodigite.

III. Becanus nihil contra ſanctionem religioſæ pacis dicit, ut quivis videt, quem non zelus contra Politicos & heſternos Theologos faſcinavit.

Imò verò contradicit, ut quivis videt, quem non zelus contra Iudidicium Theologicum faſcinavit. Tu concluſionem quartam & quintam laudas ex to. I. c. 16. 4 4. ſed more tibi ſolenni, & perfidè. Audi Becanum. *De hac re,* inquit, *ita ſtatuendum eſt.*

I. Libertatem religionis eſſe illicitam & divino præcepto repugnantem.

II. Reip. eſſe pernicioſam.

III. Non debere præcepi, approbari, aut introduci ab ullo principe, aut Magiſtratu, ſed potius omnibus modis, ſi commodè fieri poteſt, impediri, & profligari.

IV. Si autem commodè impediri non poſſit, niſi cum maiori damno aut malo Reip. aliquanto tempore tolerari poſſe.

Audin' Prædicans, *aliquanto tempore*, ſi impediri niſi maiore damno non poſſit, tolerari?

V. Et

V. Et ſi hoc modo (nunquid ex iuſtâ causâ & aliquanto tempore?) *Toleretur, & in pactum deducatur, fidem ſervandam eſſe. Hæc catholicorum ſententia eſt, quæ paucis concluſionibus erit explicanda &c.*

Concluſiones ergo ſequentes, iuxta hunc ſenſum, capiendæ ſunt. Nempe 1. 2. & 3. in quibus docet, libertatem Religionis planè illicitam, Chriſtianæ doctrinæ contrariam, Reip. noxiam, legi Dei & divino præcepto adverſam, à nullo Magiſtratu Catholico introducendam, debent intelligi, de libertate abſolutè & in perpetuum, vel, ſi temporaria eſt, abſque causâ urgentiſſimâ, data. At quarta & quinta quam tu laudas, de poſteriori, quæ ad maius cavendum malum, aliquanto tempore indulget, ſine dubio loquitur.

VI. Etſi compoſitio pacis Romana cenſura notata fuerit, non refert.

Eccur? *Quia infallibilis non eſt.* At dic nonne Auctor compoſitionis fallibilis fuit? Cui ergo potiùs fidamus?

Parcit nonnunquam Romana Virga, quibus aliorum non parcit.

Sed quid hoc ad rem, niſi ut te oſtendas Hæreticum, Romanæ Eccleſiæ inimicum eſſe? &c.

SECTIO VI.

Quadam argumenta pro alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, contra Erneſtum producta, repelluntur.

§. 1.

Primum Argumentum.

Ad rem quod attinet, certum eſt: quod Cæſar aliiq; ſtatus laici non poſſint ius ullum tribuere hæreticis in iſta Bona, quia in ea ipſi nullum ius habent. Ergo non datur illis ius, ſed relinquitur illis facti poſſeſſio, & Cæſar paciſcitur ſe non uſurum iure, quod habet ad illa Eccleſia aſſerenda.

Reſp.

Reſp. Vocetur ius, vocetur poſſeſſio. Non licet illis in perpetuum abſolutè concedere.

§. 2.

Alterum Argumentum.

AD impoſſibile nemo tenetur. Atqui Imperatori ea bona recuperare impoſſibile, cum ſine evidenti periculo totius Imperii non poſſit conari quidem: Ergo non tenetur recuperare.

Reſpondeo. Concedo totum. Quamdiu ſine graviore damno reſtituere non poteſt, non tenetur, neque ad hoc Cæſarem obligare dicimus. An verò de hoc quæſtio eſt in præſenti? Non. Sed controvertimus, an Cæſar in præſentiarum, poſſit ſpondere ſe in perpetuum nolle fungi munere ſuo, quod ei incumbit, ut bona Eccleſiæ recuperet. Atqui eſt illi poſſibile hoc non ſpondere: Ergo impoſſibilitas non excuſat, ſi ſpondeat. Poteſt Imperator ad tempus ſuſpendere ius & officii ſui partes, hoc enim recta ratio admittere poteſt; deponere, & iurare ſe non uſurum unquam inpoſterum iure ac poteſtate, Eccleſiaſtica bona, & fidem Catholicam reſtituendi, id verò non poteſt, quia muneris Cæſarei ratio, & iuriſiurandi præſtiti religio vetat.

§. 3.

Tertium Argumentum.

EPiſcopatus illi, de quibus concedendis agitur, ſunt feudum Imperii. Ergo ſubſunt diſpoſitioni Cæſaris: Ergo Cæſar poteſt abſque voluntate Pontificis & Eccleſiæ Proteſtantibus concedere.

Reſpondeo I. Etiam principatus ſæculares ut Ducatus Saxoniæ, Brunſvigiæ, Laneburgi, &c. ſunt feuda Imperii: Ergo ſubſunt diſpoſitioni Cæſaris: Ergo poteſt Cæſar abſque voluntate Ducis Saxoniæ, Brunſvigiæ &c. illos ducatus alienare, & aliis quibuſcumque concedere?

O fallax

O fallax argumentum!

2. Sunt equidem feuda, ſed Eccleſiæ & Eccleſiaſticis perſonis legitimè conceſſa. Sicut ergo feuda ſæcularibus perſonis conceſſa, non poſſunt à Domino directo eo nomine quòd feuda ſint, alienari & auferri iis invitis; ita nec Epiſcopatus Epiſcopis & Eccleſiâ invitâ.

3. Sunt equidem feuda, ſed ſimul annexum ius habent animas paſcendi, de quo Imperatori ſtatuere non eſt conceſſum.

Manet ergo Iudicium Theologicum. Erneſti de Euſebiis, firmum, ratione comprobatum, Imperatorum, Regum & Principum exemplo ſtabilitum, Patrum ſententiâ roboratum, Martyrum cruore conſignatum, ſummorum Pontificum dictis factisque egregiè contra adverſarios communitum.

TRIGA OPISODROMOS. ANTICRISEOS DORSCHEANÆ.

NOn erat ſatis Prædicanti Anticritico, ſuo privato iudicio iudicium Theologicum Erneſti exagitare, ſed voluit inſuper Patavinam ab Italiâ ICtorum trigam in auxilium deſperatæ cauſæ advocare. Quàm verò id imperitè & prædicanticè faciat, breviter oſtendendum eſt.

SECTIO I.

IVDICIVM trigæ Iuridicæ Patavinæ exponitur.

§. 1.

Species facti.

COmes quiſpiam Tranſylvanus, in ſummo rerum diſcrimine poſitus, cùm à ſuis ſubditis, niſi hæreſios impunitatem concederet, deſerendus foret, quò eorum operâ in Turcis depellendis uteretur, publico edicto, libertatem conſcientiæ omnibus uſque ad concilium

ſium generale indulſit, atque eâ quidem re, præſentiſſimum Patriæ exitium, feliciter propulſavit.

Hinc deinde ſubnata controverſia: An Comes ille contra officium Chriſtiani hominis agendo, dignitate exciderit ſuâ & tanquam hæreticorum fautor, ab altiore Marchionis, quem ambiebat, gradu, ſit repellendus.

§. 2.

Sententia deſuper prolata.

Res hæc Patavium delata, ut ſevero legiſtarum clariſſimorum, quales, ea urbs ſumma ſemper cum laude habuit, iudicio expenderetur. Ergo, Marcus Mantua Benavidius, Philipp. Iac. Portius, Tiberius Decianus, Tresviri, eâ tempeſtate iuris explicandi, totâ Italiâ, facilè Principes, collatis unà rationum momentis, pronunciarunt, Comitem in eo facto, ab omni culpâ immunem videri.

Tum quia in ſupremâ neceſſitate ſcandali, & maioris mali vitandi causâ permiſit, tum quia ante Concilium, cum necdum de hæreſi eſſent condemnati, tum quia uſque ad tempus ſolummodo, nimirum concilii generalis celebrandi, impunitatem edixit; atque hanc tamen ſententiam ſuam viri Catholici iudicio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, eiuſdemque Pontificis, Ieſu Chriſti in terris vicarii, lubentes volentesque, verbis expreſſis, & ſolennibus, ſubiecerunt.

SECTIO II.

Obſervationes quædam circa hoc iudicium.

§. 1.

Fuerunt hi trigæ iudices Iuriſconſulti.

E Iuſtiniani & Gratiani ſcholâ publici legum interpretes, quorum præcipua ſolet eſſe de foro fori cura. Rectiùs ergo feciſſet Dorſcheus, ſi ex antiquo profundiſſimorum Theologorum Lyceo, non iam trigam aut quadrigam, ſed vel bigam, ſed virum unum produxiſſet, ſuæ contra nos opinionis aſſertorem, qui rationibus in medium adductis, qui ſanctorum Patrum oraculis, qui Pontificum reſponſis, qui Conciliorum œcumenicorum decretis comprobare ſit niſus, licere non ad tempus, ſed in perpetuum (de hoc enim ſolo hîc litigatur) publico fœdere, publicam immunitatem non dare, ſed adeo paciſci. Verùm iis omnibus præteritis, Codicis & Digeſtorum Magiſtros laudavit, imitatus hiſtriones comœdos, qui, cum æra ad manus non habent, lupinos in theatro adnumerant, aut aucupes egenos, qui falconibus carentes, in eorum vices noctuas & bubones venaturæ adhibent. Non repudiamus equidem egregios iuris, ſive Canonici ſive civilis, Profeſſores & Doctores, neque eos aſpernamur, imò cum de legum ſenſu, uſuque, & præſertim, in foro externo contenditur, ex illorum potiſſimùm reſponſis & ſententiæ litem decidi oportere, omnino volumus. At ut in materiâ Theologicâ, totâ ad internum conſcientiæ tribunal ſpectante, illi præ Theologis, Patribus, Pontificibus, Conciliis ad cauſæ cognitionem & iudicium ferendum advocentur, quod Dorſcheus in hac Trigâ facere molitur, id omnino non eſt ferendum. Ius extra ſuum territorium dicenti impune non paretur. Norunt ICti. Forum internum animæ, in materiâ præſertim Theologiæ moralis, ad ipſos non attinet.

§. 2.

II.

Obſervatio.

M*Arcus Mantua, cum ſuis, decidit quæſtionem pro foro externo.*

Primò equidem, quia ita Iuriſperiti potiſſimùm ſolent. Neque putem tres viros illos Iuris dicundi & explanandi myſtas, fori ſui immemores, extra illud temerè exſpatiari voluiſſe. Deinde non vano argumento, ex annexo Zetematis, licet colligere, cùm inquirit anxiè, an Comes, eo facto, dignitatis gradu exciderit, &, ad altiorem capeſſendum, ex legum & canonum rigore inhabilis indignusque ſit cenſendus; quæ ad forum maximè externum ſpectare nemo non videt. Atqui Erneſtus, contra quem diſputare contendit Prædicans, de foro interno animæ, eoque único loquitur. Quid ergo hæc triga hic ad rem? Certè tam eſt Anticriſi huic triga ſyndromos, quàm quinta, ut dici aſſolet, in curru rotâ eſt opus.

§. 3.

III.

Obſervatio.

M*Arcus Mantua, cum ſuis aſſeclis, ſubmittit ſententiam ſummo Pontifici.*

Ita loquitur Marcus.

Saniori iudicio ſemper ſalvo, & cenſura S. R. Eccleſiæ, ac B. Sanctiſſimique Vicarii Chriſti, Pauli IV. Pont. ſ. Max. cui meipſum ſemper meaque dicta omnia & ſcripta, ut ſupra, qualiacumque ſint ſemper inquam & humiliter quidem ſubmitto & in fidem me &c.

Portius ſic finit: *Salva ſemper ſummi Paſtoris & Apoſtolicæ Sedis Antiſtitis cenſura, & auctoritate.* &c. Decianus cenſuit: *Cum Proteſtatione, inquiens, quod ſalva ſit ſemper cenſura ſacroſ. Romanæ Eccleſiæ, & ſummi ipſius Pontificis.*

Ergo,

Ergo triarii hi Patavinæ ſcholæ Magiſtri, nihil decretum à ſe volunt, Sedi Apoſtolicæ in eo genere contrarium. Nunquid Prædicans? Niſi velis inſano quodam agendi & loquendi hîc genere uti, & nobis perſuadere, illos etſi proteſtentur, tamen [illegible] proteſtari. Hîc iam licet ſubſumere. Atqui pax hæc perpetua, uti iam ſancienda proponitur, eſt cenſuræ, ſententiæ, & auctoritati R. Eccleſiæ eiuſque ſummorum Pontificum, per nuncios hactenus ſuos contrà proteſtantium, adverſa & contraria, ut ſuprà oſtendimus: Ergo pax hæc non eſt huic trigæ conſentanea, neque Triga eſt huic negotio ſyndromos ſed opiſodromos.

§. 4.

IV.

Obſervatio.

Conceſſa in præſenti caſu libertas eſt per edictum tantum.

Sic loquitur Marcus Mantua, ſpeciem facti explicans. *Impunitatem illis edicto conceſſit.*

Non fuit ergo per conventionem vel contractum indulta, ſed per edictum & ſanctionem pragmaticam, cùm edicti fiat ſæpius mentio, pactionis verò planè nulla. Ergo conceſſio, de ſe, ex naturâ ſuâ, erat revocabilis. Atqui in præſentiarum contendimus non de conceſſione revocabili, pragmaticâ, ſed de conventionali, ſimpliciter perpetuâ, & quæ abſq; hæreticorum conſenſu, quibus indulta eſt, revocari non poſſit. Quid ergo? Ergo triga verè opiſodromos hircum mulget, & D. Dorſcheus cribrum ſupponit. An non hæc ineptia?

§. 5.

V.

Obſervatio.

Defenſa per Trigam libertas, eſt temporanea, uſque ad Concilium generale tantum.

Auden' inficiari Prædicans? Marcus Mantua habet. *Impunitatem*

alijs uſque ad Concilium generale edicto conceſſa.

Atqui Erneſtus non diſputat hic de tali impunitate, ſed de eâ quæ ſimpliciter, in perpetuum, nullo temporis termino concluſa, promitti & iurari à Cæſare debet. Quomodo ergo hæc triga ſyndromos? Nimirum Erneſtus de aliis diſceptat: Dorſcheus Trigam aliquam ab Italiâ adducit, quæ de cæpis loquitur. O triga! ô opiſodromos! ô caput anticerncum Prædicantis! ô defectus iudicii!

§. 6.

VI.

Obſervatio.

Fuit urgentior Comitis illius neceſſitas.

Ille ſine ſubditis hæreticis omnino hoſtibus impar erat, neq; in campum prodire poterat. At Cæſar catholicorum ſtatuum & ſubditorum operâ, modo concordibus animis in unum conſpirent, cœliteſq; in auxilium advocent, par eſſe hoſtibus, & æquo Marte, imò, ob cauſæ probitatem, iuſtiore contendere & congredi poteſt. Illi res cum Turcis, numero innumeris, crudelitate barbaris, fide infidelibus, iuratis Chriſtiani nominis hoſtibus, à quibus nihil æqui exſpectare habebat. At Cæſar controvertit in Germanos, humanitate præditos, religione Chriſtianos, à quibus, vel acie victo, conditiones pacis, multò quàm à Saracenis ſanè tolerabiliores, licet ſperare. Ergo non eſt periculum, ubi par non timetur malum & animarum detrimentum. Minus malum eſt (quis dubitet?) imperium noſtrum à Proteſtantibus in poteſtatem redigi, quàm à recutitis Saracenis & Mahometanis. Quid ergo hîc iterum triga? opiſodromos eſt, & Dorſcheus qui eam in circum huius diſputationis aurigavit, toto cœlo, à metâ aberravit infelix trigarius.

§. 7.

VII.

Obſervatio.

Imperitè ergo & frivolè argutatur & cavillatur Prædicans Anti-

tieri-

Anticriticus ex plauſtro trigario Patavino pro pace Proiecti.

Argumentum ex trigâ carptum eſt eius generis, ut ſpectet ad locum à comparatione dictum. At comparationis triplex genus agnoſcitur. Vel enim arguitur à comparatione æqualium, vel maiorum, vel minorum. Quale hîc agis Prædicans? An à maiori ad minus arguis? At illatio tua eſt affirmativa. An contrà, à minoribus ad maiora? Atqui, ad tempus, edicto, impunitatem hæreſi permittere, ſine poteſtate quenquam Catholicum expellendi, non convenit minùs, quàm eandem in perpetuum, pacto iurato, cum poteſtate catholicos vexandi & pellendi concedere, imò illa verò potiùs & magis conveniret quàm hæc. An ab æquali & pari? Atquæ, amabo, hîc æquitas? Age ſis, Anticritice mortalis, ponamus hoc loco ante oculos, inſignem tuam, quâ hic enormiter aberras, anticriſin, videamus quàm parum quadret iudicium trigæ, cum tuâ quam contra Erneſti iudicium pro pace proiectâ urges, imperitiâ. Ecce tibi paralleliſmum.

IVDICIVM TRIGÆ.	ANTICRISIS DORSCHEI.
I. Comes Tranſylvanus rectè impunitatem conceſſit, ad tempus uſque ad Concilium generale.	I. Ergo Cæſar rectè impunitatem concedet in perpetuum abſolutè.
II. Comes permiſit ante Concilium, cùm hæretici necdum eſſent tales declarati, & conſequenter dubiâ exiſtente adhuc eorum cauſâ.	II. Ergo Cæſar rectè permittet, poſtquam in Concilio publico œcumenico hæretici palàm ſunt declarati, & cauſâ iam non ampliùs dubiâ exiſtente.
III. Comes conceſſit rectè, in ſupremâ & certâ contra Turcas neceſſitate conſtitutus, cui aliter ſubveniri non poterat.	III. Ergo & Cæſar rectè concedet, in neceſſitate non omnino certò ſupremâ, contra Chriſtianos, cui aliter ſubveniri poſſe multis videtur.

IV. Co-

Iudicet ergo nunc æquus Lector, an hæc Iureconſultorum Patavinorum triga ſit Anticriſi Prædicanticæ ſyndromos,&an non merito ſuſpicari liceat Prædicantem Argentinenſem, cùm tam inanes næniasin iudicium Theologicum conſcriberet, everſo cerebro, iudicium omne perdidiſſe.

SECTIO III.

Obſervationes frivolæ Prædicantis excutiuntur.

§. 1.

I.

Obſervatio Prædicantis.

Q*Vanta ſit Doctorum conſulentium auctoritas &c.*

I. Vbi variæ DD. *ſunt interpretationes*, inquit, *Prædicans, iuxta pondus rationum & auctoritatum iudicandum eſt.*

Verè hoc quidem, ſed extra chorum eſt.

II. Inprimis communes opiniones præ oculis habendæ.

Cur hoc adducit, tot exſcriptis auctorum nominibus & titulis? Scilicet ut more ſuo Phariſaico libelli ſui fimbrias magnificaret, & phylacteria ampliter dilataret.

III. Nec heſterni aut hodierni Doctores ſunt aſpernandi, prætextu modernitatis, ſi quid legibus Canonibusque conſentaneum dicant.

Ita, ſi conſentaneum dicant. *Secus ac vult Euſebius, Iud. Theol. p. 53.*

Vt mitiſsimè loquar, falſum dicis. Non aſpernatur conſentanea Canonibus dicentes, ſed eos qui contra communem cæterorum ſententiam toti venerandæ antiquitati canonibus, ſanctis Patribus, ſummiſque Pontificibus audent contradicere, uti faciunt hodie aliqui, qui univerſitatum, publicâ luce deſtituti nullâ cathedrę Theologicæ quam docendo triverint auctoritate inſignes, nullo Doctorum veterum iudicio, aut hodiernorum etiam, qui ex profeſſo, & munere proprio, hiſcè

ſtudiis & rebus vacant, conſenſu communiti, extra publicum Theologicæ alicuius facultatis conſeſſum, inter privatos parietes, in angulis, ſolis applaudentibus politicis, quibuſdam, aſſentatoriâ & venali linguâ, de re omnium graviſſimâ, tam temerè & inconſideratè iudicant & pronunciant. Hoc Erneſtus dolet & meritò deteſtatur.

§. 2.

II.

Obſervatio Prædicantis.

Q*Vi conſilii Patavini auctores, ſuffragatores?*
Et hæc obſervatio extra oleam controverſiæ.

Sed tamen audiamus vixere treſviri illi eo tempore quo Interim Carolinum publicatum erat.

Imò addo ego, ſcriptum eſſe illud judicium, poſtquam pax Religionis Auguſtæ 1555. conſtituta iam eſſet. Submittit enim Marcus Mantua ſuam ſententiam, terminis expreſſis, Paulo IV. Pontifici maximo, IESV CHRISTI in terris Vicario, quem conſtat eodem 1555. anno, ad ſummum Cathedræ Romanæ faſtigium ritè evectum eſſe. Ex quo valde hîc ad rhombum eſt, Paulum IV. An. 1559. 15. Cal. Martii, conſtitutione quadam ſeveriſſimâ graviter edixiſſe, in omnes hæreticorum, eorumque manifeſtos fautores & defenſores, renovatis pœnis ac cenſuris omnibus, quas maiores ſui, aut Concilia unquam antea conſtituiſſent. Quòd ſi ergo Marcus Mantua per ſuum conſilium nullo modo voluit Paulo IV. eiuſque ſententiæ præiudicare, facilè à quovis æſtimari poteſt, quàm parum faveat paci proiectæ, quæ hæreticis operam & auxilium promittit, & iurat, ad actiones ſuâ naturâ hæreſin inducentes, nimirum ad miniſtros in catholicorum Doctorum Cathedras intrudendos, ad orthodoxos, ut vel hæreſin profiteantur, vel emigrent, compellendos.

§. 3.

III.

Obſervatio Prædicantica.

Rationes decidendi de Euſebiis, ſunt rationes dubitandi apud Marcum Mantuam.

Quæſo quid hoc incommodi habet? Caſus Marci Mantuæ alius planè eſt, à caſu Erneſti. Ergo nihil mirum, rationes quæ in illo non concludunt, in hoc concludere?

Triga Patavina legum ſeveritatem quæ in hæreticorum receptores tonat, docent de iure poſitivo & ordinariè valere. Non habere locum in caſibus extraordinariis & neceſſitatis.

Simpliciter & in perpetuum? Fallis. Non hoc docent. In caſu illo Comitis Tranſylvani particulari, qui ad tempus permiſerat, docent. Neque verò unquam Erneſtus repugnabit, leges præſertim humanas poſitivas in ſimili neceſſitatis articulo apud nos ceſſare poſſe.

At Erneſtus vult hæreticis perpetuam in Imperio adhærere infamiam, nulla defenſione in ſuis poſſeſſionibus poſſe conſervari: nullo modo poſſe contra illos iuriſdictionem & ordinationes antiquas canonicas ſuſpendi, urget: & ſic denudatos Lutheranos flammis & vivicomburiis relinquit expoſitos.

Calumniaris Prædicans. Id Erneſtus non urget. Permittit ut iuriſdictio & legum rigor in illos ſuſpendatur, ad tempus, ſanctione pragmaticâ, maioris mali evitandi causâ. At verò ut illa ſuſpenſio concedatur contractu ſempiterno, qui etiam cùm maioris mali metus aberit, & commoditas aliter agendi aderit, aut revocari per Imperatorem, aut ſuâ ſponte ceſſare nunquam debeat, id non permittit. Neque cùm libertatem religionis negari iubet Erneſtus, ſtatim ad flammas aut vivicomburia proclamat. Non ita eſt mi homo. An audiſti in diœceſi Moguntinâ, Colonienſi, Trevirenſi, aut in Bavariâ aut alibi, ubi impunitas hæreſios non eſt conceſſa, quenquam ad rogum aut furcas tractum, aut poſſeſſionibus mulctatum quòd Catholicus eſſe nollet? Non eſt ea in Imperio aſperitas aut uſus. Mitioribus pœnis, aut ad officium ſubie-

ĉti adiguntur, aut ſi adigi non patiantur; migratio intra certum tempus indicitur. Quòd Hiſpani ſummo legum iure in cacodoxos agant, uti non improbet Erneſtus in Hiſpania, ita non velit nos imitari in Germaniâ. Tu Erneſto talem ſeveritatem affingis, ut in odium publicum inviđiam & improbè voces.

§. 4.

IV.

Obſervatio Prædicantica.

A*Phoriſmus ſcilicet*; quod ex ſe peccatum eſt, nulla licitum poteſt eſſe neceſſitate.

Ponitur à Marco Mantua inter dubitandi maximas, qui ab Erneſto inter decidendi fundamenta collocatur.

Hac ſanè obſervatione Prædicans anticriticus, primùm quidem ex conſueto tenebrionum more, tot citationibus extra rem exſcriptis, tantam rei aliàs claræ inducit caliginem, ut facilè appareat lucifugâ Spiritu hominem agi. Legat, qui volet, & niſi dicat ſepiam eſſe, fuſo per ora impura atramento lympidiſſimas veritatis undas perturbantem, nullam cauſam dico, quin me capite & ingenio omni carere dicat. Deinde pudendos errores, miſerandus erro accumulat. Enumeremus in gratiam Lectoris unum atque alterum.

Primus error, in eo conſiſtit, quòd ſibi perſuadeat, non poſſe conſiſtere, ut quod in uno caſu eſt veritatis aſſerendæ fundamentum, certiſſimum, in altero planè eſſe non poſſit.

Ain' Prædicans, an tu ex quovis vero quodvis aliud verum argumentando conficias? An ex eodem arguas & ſolem lucere, & terram gravitate immobilem ſtare? Quid ergo tricaris? Cur Erneſtum culpas, quòd ex eo concluſionem conficit ſuam, ex quo Marcus Mantua non conficit, ſed illud refutat, velut rei quam intendebat probandæ inutile? Axioma illud: ***Quod de ſe illicitum eſt, nulla neceſſitate licitum fieri*** non negatur à Marco Mantua. Non ita deſipit. Sed negat permiſſionem hæreſis temporaneam ad maius malum evitandum conceſ-

ſam,

ſam, eſſe de ſe illicitam, & rectè negat. Iam verò Erneſtus eodem axiomate in medium allato, ſubſumit, permiſſionem hæreſis perpetuam, cum iis circumſtantiis, quas proteſtantes poſcunt, eſſe de ſe malam, & concludit: nullâ neceſſitate licitam fieri poſſe. Quid demum hîc contrarietatis eſt? Certè ni hoc iam vides, talpa aut es, aut brevi evades.

II. Error. *Hæreſis non eſt tam grave peccatum, quàm alia quæ circa Deum non verſantur.*

Putidus error, Doctore planè indignus. Hæreſis ex genere ſuo gravior noxa eſt, quia in Deum iniuria, eius auctoritatem audet ſpernere. An non ex genere ſuo peius eſt Deum im̃ediatè offendere, quàm quid aliud? Atqui hæreſis Deum immediatè offendit: Ergo. Sed audite ſubtilitatem planè doctoralem.

Gravitas, inquit, *peccati non tantum attendenda eſt ex obiecto, vel ex virtute, cui opponitur, verum etiam ex diverſa ratione voluntarii.*

Doctè & ſapienter ex Tannero exſcriptum. Perge, ſis, cætera.

Atqui hæreſis, etſi in ſupremam Numinis veracitatem impingat; tamen in ſe conſiderata nequaquam voluntariè ſe ſe divinæ Maieſtati opponit, imò honorandi Dei habet propoſitum.

Quis credidiſſet, Argentinæ ita furere licere Doctoribus, ut dicant *hæreſin non opponere ſe divinæ veritati voluntariè, in hæreſi ut ſic, nullam nec minimam eſſe cogitationem vel ſuſpicionem malitiæ.*

Quid enim demum eſt hæreſis ut ſic? An non error voluntarius circa veritatem revelatam, ſufficienter propoſitam ut talem? Vides ut in illâ importetur malitia & voluntareitas? An non hæreſis eſt peccatum ut ſic, in quantum hæreſis eſt? Atqui omne peccatum voluntarium includit, quod teſte S. Auguſtino aut voluntarium eſt, aut peccatum non eſt, *uſque adeo*, inquit, l. de verâ relig. c. 14. *peccatum voluntarium eſt malum, ut nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium. Et hoc quidem manifeſtum eſt adeo, ut nulla hic doctorum paucitas nulla indoctorum turba diſſentiat.*

Videat hic ergo Dorſcheus ubi locum inter homines inveniat, ſi diſſentit. Dein an ipſa vox *αἵρεσις*, opinationem animi ſive intel-

 lectus,

lectus, non quamvis, ſed voluntatis quadam electione menti impreſſam, norat?

At fieri poteſt, ut ignoratio & error in materia fidei & conſequenter hæreſis ſit invincibilis, & inculpabilis, & involuntaria.

Verùm quid tum? Ideone ex genere ſuo minus peccatum eſt? Nonne vides, Domine Doctor, hac imperitâ arguendi ratione, te probaturum Mahometiſmum & Iudaicam in Servatorem Ieſum Chriſtum blaſphemiam, eſſe levius delictum, quàm ſit furtum unius oboli à Chriſtiano obiter perpetratum? Scilicet, quia Turca & recutitus ille Apella ignoratione poteſt invincibili laborare. Non æſtimatur peccati gravitas vel levitas ea, quæ ex genere ſuo talis dici conſuevit, ex maiori vel minori advertentiâ vel libertate, hæc enim ad eam rationem per accidens ſe habet, ſed ex maiore præcipuè indecentiâ & repugnantiâ, quam obiectum eius habet ad rectam rationem. Atqui ex genere ſuo magis repugnat dictamini rectæ rationis non aſſentiri rei à Deo revelatæ, ſi ut talis ſufficienter homini proponatur, quàm alteri homini opulento unum teruncium piceatâ manu ſublegere & ſummanare. Ergo ex genere ſuo gravius crimen eſt hæreſis, quàm leve præſertim furtum.

III. Error. *Ius canonicum dicit non poſſe fieri eleemoſynam ex ea pecunia, quæ ex illicitis ſumitur. Id vero non procedit apud Pontificios, quia docent meretrices ex quæſtu ſuo poſſe largiri pauperibus.*

Dediſce errorem, D. Doctor. Ius canonicum, illo. C. Non eſt putanda. 1. q. 1. loquitur manifeſtè de pecuniâ, quæ accipitur ex illicitis illicitè, ut de pecuniâ ex uſurâ, rapinâ, furto, ſimoniâ proveniente. At meretrices de illicito licet opere, tamen licitè accipiunt pretium, & faciunt ſuum, vel quia dantes dominium transferunt gratuitò, vel quia unà cum offensâ Dei (quæ præter infernum aliud meretur nihil) moleſtia quædam & onus ibi reperitur pretio æſtimabile.

IV. Ius canonicum docet uſuram nullius boni prætextu permitti poſſe.

Plus eſt hic quam error. Qui mendacium dixerit, propriorem nomine dixerit. Continetur iuris canonici doctrinâ C. ſuper eo de uſuris. *nullam ſuper uſuris diſpenſationem fieri poſſe.*

At

At verò permitti non poſſe, nullibi continetur. An verò tibi idem eſt diſpenſare & permittere? O in Theologiâ ignorantem! Diſpenſatio ſuperioris, rem licitam facit, permiſſio ut ſic non facit. Prius uſuris denegat Canon, poſterius non negat, ſed tu negare fingis. Pudeat vel ſtuporis vel impoſturæ.

V. Error. *Quod ex ſe peccatum eſt, nulla licitum poteſt eſſe neceſſitate: non eſt axioma omnino verum.*

Palmarius hic eſt & pudendus omnino in Theologo error, quem non ſemel Prædicans urget inſigni omnino ſeu temeritate ſeu ſtupore. Enim verò quid huius axiomatis veritate clarius & patentius dici poſſit? Nam 1. ſi aliquid de ſe & ex propriâ ſuâ & obiecti ſui indole eſt tale, ut rectæ rationi diſſonet: Ergo ſemper diſſonat: ergo & tempore neceſſitatis diſſonat. Ergo tempore neceſſitatis illicitum. 2. Quæro an ullo neceſſitatis articulo liceat mentiri, fornicari, adulterare, blaſphemare, Chriſti fidem & nomen execrari, idola colere, Deum odiſſe? Niſi deſipis, negas. Iterum inſto. Eccur verò non licet Deum deteſtari, & odiſſe, aut quicquam eiuſmodi facere, neque ad vitam diſcrimini eximendum, neque adeo ad totum terrarum orbem æternâ ſalute donandum? An non hæc ſola cauſa eſt, quia iſta omnia de ſe illicita, & mala, & rectæ rationi ſunt adverſa? Quid ergo in re tam manifeſtâ tricaris?

Sed audio. Quæ Marcus Mantua initiò attulit, cùm fortè non ſatis intelligas, te in eam perturbationem coniecere. Nimirum omni iure, divino, humano, naturali, poſitivo, canonico, ciuili, graviſſimè vetitum eſt, homini vitam eripere, & præſertim ei à quo illam acceperis vel qui tibi ſanguine ſit coniunctus. Attamen ea poteſt evenire, vel patriæ defendendæ, vel tui ipſius tuendi, neceſſitas, ut ſine noxâ & crimine cædas. Ingens eſt iuriſiurandi religio, fieri nihilominus poteſt ut relaxetur, & ab eo recedatur.

Hinc verò tu confici poſſe putes, aliquid de ſe illicitum, neceſſitate licitum fieri? Nimiùm quantùm aberras mi homo. Non eſt de ſe illicita, aut iure naturali vetita hominis cædes, ut ſic, eo modo quo vetitũ eſt ſimpliciter & abſolutè, Deum odiſſe: ſed cum addito, & ſecundùm quid: ſcilicet ſi ea ad publicam reipublicæ ſalutem, vel ad iuſtam tuam defenſionem non ſit neceſſaria. Hinc Magiſtratus cruentis reorum ſuppliciis iuſtitiæ litant, tantùm abeſt, ut repugnent: &

qui

qui invaſorem, à quo aliter incolumis evadere non poterat, vita exuit, ab iudicibus meritò abſolvitur. Hoc Benavidius tuus cùm bene videret, non temerè in medium adduxit, tu verò ſi ex eo argumento univerſim, & de toto rerum lege prohibitarum genere, velis concludere, quicquid etiam de ſe & ex naturâ ſuâ illicitum eſt, poſſe in aliquâ rerum circumſtantia licitum fieri, plùs ſanè quàm Doctorem deceat, hallucinaris.

§. 5.

V.

Obſervatio Prædicantica.

Rationem à neceſſitate urgente, pro permittenda impunitate hæreſios, diligenter urget Marcus, contrà quàm faciat Erneſtus.

Falſitas manifeſta, id quod Marcus urget & probat, Erneſtus nunquam improbet. Vult Marcus licere ad evitandum ſupremum diſcrimen, permittere hæreſin ad tempus, ita ut permiſſio ſit revocabilis, nec illis detur poteſtas Catholicos intentato exilio ad hæreſin cogendi, aut bona Eccleſiæ in perpetuum ſibi arrogandi, neque illis ad hoc patrandum auxilium præſtetur, aut præſtandum iuretur. Idem dicit Erneſtus, ſi roges, neque in eo caſu militant, ea, quæ Erneſtus tanto pondere ſemper vibrat rationum tela. Nulla ibi reperitur cooperatio neque indirecta quidem, nulla creatoris aut fidei iniuria, nulla poteſtatis alienæ uſurpatio. Verbo, Mantua Benavidius contendit oſtendere impunitatem hæreſios temporariam excuſari; Erneſtus urget impunitatem perpetuam à crimine abſolvi non poſſe, quid ergo mirum quòd quæ neceſſitas Benavidii inſtituto convenit, Erneſti iudicio non conveniat?

§. 6.

§. 6.

VI.

Obſervatio Prædicantica.

IN ſolennibus aliquid omitti poteſt, & ſubveniri æquitati, ubi idea poſtulat. Hæc eſt Marci Mantuæ doctrina, quam improbat Erneſtus.

Iterum falſitas, Erneſtus receptæ circa eam controverſiam doctrinæ non repugnat. Nunquid enim ipſe fateris communi Doctorum approbatione omitti aliquam ſolemnitatem, jure poſitivo requiſitam poſſe, ſi ſit, vel in rebus modicis & parvis, vel ſi tanta tamq; urgens premat neceſſitas, ut auctoritas Papæ aut Superioris exſpectari non poſſit? Ubi hoc improbat Erneſtus? Ubi negat? Vin' ſcire quid neget? negat hîc agi de rebus modicis. Negat eum eſſe neceſſitatis articulum, temporisq; anguſtias ut Papa adiri, ejusq; conſenſus exſpectari non poſſit.

§. 7.

VII.

Obſervatio Prædicantica.

PVblicæ neceſſitates ſoluunt vim juramenti ſine relaxatione ſuperioris, ita docet Marcus contra Erneſtum.

Erneſtus non negat eam poſſe aliquando incumbere neceſſitatem, ut jus juramenti, ſuâ quaſi ſponte, diſſolutum elangueat. At negat talem hactenus incubuiſſe. Negat nos, ſi eosdem pro Eccleſiæ & fidei incolumitate gereremus animos, quos pro temporali ditionum noſtrarum jure & rectè quidem gerimus, aliter illi neceſſitati proſpicere non poſſe. Negat eam doctrinam locum habere in jurejurando, quod obligat ad rem, cui absq; peccato contraveniri non poteſt. Et nunquid hoc poſterius rectè? Ita ſanè. Nam ſi quis Sacramento dicto ſpoſpondiſſet, ſe ſacra matrimonij ritè initi vincula nunquam rupturum, ſe impudico fornici nunquam vacaturũ, ſe hæreſi & idololatriæ nunquam operam daturum, is nullâ vnquam neceſſitate, eâ religione ſolui poſſet. Quid? An tu putas

trigam tuam, ſi interrogaretur, reſponſuram eſſe, poſſe homini religioſo, trium votorum ſponſione & profeſſione obſtricto, ullo neceſſitatis caſu licere, ut ne ſit caſtus, pauper, obediens? Ergo fieri poteſt, ut ea ſit juramenti ſubinde firmitas, tamq; individuus nexus, ut nullo unquam tempore, & ſæpe ne à ſuperiore quidem ipſo ſolvi queat. Tale eſt Cæſaris, quo ſpondet, ſe pro poſſe & noſſe Eccleſiæ, & Religionis Chriſtianæ jura defenſurum, cujus vis, Cæſareo muneri tam adamantinâ, ut ita loquar, catenâ illigata inhæret & aſtringitur, ut nullâ unquam poteſtate, aut violentiâ ab illo poſſit divelli. Non nego, ea incidere tempora poſſe, & tam graves ſuboriri difficultates, ut Cæſari à juratâ defenſione abſtinere jus faſq; ſit. Ad impoſſibile enim, & ad id quod impoſſibili proximum, nemo etiam juratus tenetur. At verò, ut idem Cæſar, ob præſentia quæ fortè urgent mala, eo ſit animo, & proponat nullo deinceps tempore, etiam tunc cùm poteſtas aderit, & ſibi poteſtatem adfuturam prævidet, fidem ejusq; jura cōtra Acatholicos tueri, eamq; rem pro ſe ſuisq; poſteris juramento conventionali ſpondeat, & in perpetuum paciſcatur, id jam ſalvâ juramenti, in ſuâ electione & coronatione præſtiti, religione non poteſt.

Inſtat Prædicans. Ergo Carolus V. & Ferdinandus I. cæteriq; porrò Cæſares, & Electores, Archiepiſcopi, tot Epiſcopi, Prælati, Principes, qui Paci religioſæ aſſenſum præbuere, ſunt perfidi, & perjuri in imperio habendi?

Reſp. Non ſunt habendi. Pactum damnamus tanquam juramento adverſum, paciſcentes verò, tanti mali ignoratione & incogitantiâ, libenter excuſamus. Putabant illi conceſſione eâ Acatholicorum animos ita devincire, ut, brevi deinceps temporis intervallo, deſæviente mentium commotarum tempeſtate, redditaq; quiete, omnes ad eundem fidei & religionis portum nobiſcum ſe reciperent, & ad officium redirent, adeoque totam eam rem temporaneam ſolummodo, & quod inde fieri videbatur, juramento ſuo minimè contrariam eſſe exiſtimabāt. Ergo juxta mentem Erneſti majores illos noſtros excuſare decet, at imitari non licet. Quod illos à culpâ immunes facit, nos reddat cautos. Aliàs meritò verendum, niſi aliter ſapimus, ut ne excuſationem, quam iis, qui ante nos fuerunt, modò impendimus, à poſteris noſtris minimè mereamur.

§. 8.

VIII.

Obſervatio Prædicantis.

M*Arcus Mantua concedit etiam abſolutam & illimitatam hereſis impunitatem, contrà quam Erneſtus putet.*

Potuiſtine hæc ſine rubore ſcribere Prædicans? Aut quomodo à mendacio excuſabis aut impoſturâ, falſitatem tam publicam & inverecundam? caſus Marco propoſitus eſt iſte: An Comes Tranſylvanus, qui neceſſitate Turcorum ingruentium urgente, cùm aliter ſubditos in auxiliis habere non poſſet, iisdem impunitatem hæreſis conceſſit, usque ad Concilium Generale proximum, an, inquam, ille contra præceptum fidei peccaverit, & eâ causâ dignitatis ſuæ gradu exciderit. Hîc reſpondet Marcus Mantua, non peccaſſe, non excidiſſe. Et probat hoc modo.

1. In gravi neceſſitate defendendi ſeipſum, licet occidere etiam patrem & matrem: Ergo & in gravi neceſſitate licuit illi Comiti hæreſi impunitatem illam (uſq; ad concilium) dare.

2. Etſi gravis ſit obligatio, & jurisjurandi religio, tamen aliquando ob graves difficultates ſubortas, fas eſt ab eo recedere: Ergo & Comiti Tranſylv. etſi ſit obligatio gravis hæreſin impediendi, tamen ob difficultatem & pericula fas fuit, hæreſin, (uſq; ad Concilium) ſuis ſubditis permittere.

3. Ob ſcandalum imminens, & graviora mala licet permittere minus malum. Ergo Comiti Tranſylv. ad evadendum Mahometis jugum licuit ſubditis libertatem conſcientiæ (uſq; ad Concilium Generale) indulgere.

4. In dubio, quando non liquet, an ſint hæretici illi ſubditi, nô eſt obligatio eos, ut tales puniendi, & vitandi. Atqui ante Concil. non liquet ſatis, an illi ſint hæretici, cum Concilij ſit definire. Ergo ante Concilium licuit illis impunitatem doctrinæ ſuæ concedere. Atqui Comes Tranſylv. ante Concilium, quia uſq; ad Concilium, conceſſit. Ergo licitè fecit. Tum deinde §. 20. ſub finem planè concludens, ita dicit.

Dato etiam, quòd judicatum fuiſſet (in Concilio) *eos fore tales* (hæreticos) *ex quo impoſſibilitas obligat neminem. l. impoſſibilium.*

lium. l. nemo. ff. de reg. jur. &c. & cùm ex his omnia ad idem tendentia, quæ prima facie dubitationem faciebant, ſublata ſint, aliter membranas (quod in proverbio eſt) & fruſtra quidem non occupabo, &c.

Atque ſi diceret Marcus: etſi conſtitiſſet illos absque dubio eſſe hæreticos, tamen, quia neceſſitas Comiti prædicto incumbebat, ut moralis impoſſibilitas eſſe videretur, concludo Comitem potuiſſe impunitatem petitam concedere. Jam quæro, ubi hîc Marcus concedit impunitatem abſolutam illimitatam? Certè ad formam quæſiti reſpondet, & reſpondere cenſendus eſt. Atqui in forma quæſiti, ſive caſus controverſi, duplex reperitur limitatio, nimirum, quia conceditur impunitas, non contractu, ultro citroq; obligationem de ſe perpetuam importante, ſed edicto, quod par vel major poteſtas poteſt revocare; deinde, quia ad tempus Concilij Generalis proximè futuri indulgetur. Ergo & in reſponſione Marci eadem duplex limitatio includitur. Interrogatio & reſponſio, ſi quidem à viro intelligente hæc proficiſcatur, ſenſu convenit. Atqui interrogatio Comitis ſenſum habet impunitatis limitatæ. Ergo & reſponſio Marci Mantuæ ſenſum habet impunitatis limitatæ. Ergo Dorſcheus, qui ei ſenſum illimitatum & abſolutum affingit, impoſtor eſt, aut graviter fallitur.

Objicit Prædicans 1. *Marcus concedit uſq; ad Concilium Generale definiens: Ergo in perpetuum, quia Concilium Generale nunquam legitimum haberi à Pontificiis poteſt.*

Reſp. Nunquid egregiè mentem Marci colligit Prædicans Anticriticus: Tui hoc cerebri ſomnium eſt, non Marci Mantuæ cogitatum. Recipe ergo telum, quod levi nimis brachio vibraſti. Marcus Mantua concedit impunitatem usq; ad concilium Generale definiens: Ergo concedit, ex ſuâ concedentis ſententiâ, ad limitatum tempus, quia Concilium Generale ex ejus ſententiâ legitimum à Pontificiis haberi poteſt. Marcus Mantua Pontificius fuit, non tui ſimilis.

Objicit 2. *Marcus §. 19. concedit abſolutam & inconditionatam.*

Falſum eſt, expreſsè in illo §. uti tu illum ſignas, facit mentionem temporis uſq; ad Concilium tantùm extenſi.

At di-

At dicit: *Ex quo impoſſibilitas obligat neminem.*

Ita dicit, ſed §.20. uti tu illum in margine ſignas. Videamus ergo: Excute demum fœtum & ſaginatum Logicâ arte & ſubtilitate pectus, experire quid conando poſſis, infer conſequentiam. Marcus dicit; Comes Tranſylvanus poteſt licitè concedere impunitatem hæreſios, quia impoſſibilitas obligat neminem: Ergo Marcus dicit, poſſe concedere impunitatem abſolutam, inconditionatam, in perpetuum. Quis hanc ineptam ineptiam non videt? Dabo exemplum ſuppar. Theologi omnes dicunt Si quis aliter vitam tueri non poſſit, quàm occidendo invaſorem, licitè occidit, quia ad impoſſibile nemo tenetur. Ergo Theologi dicunt abſolutè & illimitatè & ſemper licere invaſorem occidere.

Item, Theologi dicunt, debitor, qui non habet, unde creditori faciat ſatis, licitè poteſt non ſolvere debitum, quia ad impoſſibile nemo tenetur: Ergo Theologi dicunt, debitorem abſolutè & ſemper licere non ſolvere debita. Item, Theologi docent, pauperem, qui in extremo famis diſcrimine eſt, & non habet unde vitam trahat, licitè res alterius ſibi uſurpare: quia impoſſibilitas neminem obligat. Ergo Theologi dicunt, pauperem abſolutè & ſemper res alterius ſibi poſſe uſurpare. Atqui tu ſic probas, Marcum aſſerere impunitatem abſolutam hæreſios: Ergo planè inſulsè probas. Vin' tu verò, ut vel ex iisdem verbis probem Marcum adſtruere, permiſſionem limitatam? Audi. Marcus de tali loquitur impunitate qualis eſt neceſſitas & impoſſibilitas, ex quâ infert licitam eam eſſe impunitatem. Atqui loquitur de impoſſibilitate præſentis temporis, ut ex terminis patet. Ergo loquitur de impunitate præſentis temporis. Item, non loquitur de impoſſibilitate perpetuâ, quia ea, vel nulla eſt, vel certè Marco minimè perſpecta & cognita. Ergo non loquitur etiam de impunitate perpetuâ. Ubi jam ſubſiſtis cum tuâ futili & fallaci obſervatione?

§. 9.

IX.

Prædicantis Obſervatio.

Perſonam à cauſa notabiliter ſecernit Mantua, Erneſtus autem perpetuò confundit.

Frivola planè obſervatio. Mantua loquitur de impunitate temporariâ Erneſtus de perpetuâ. Hæc tu pueriliter & imperite confundis. Quod verò in hac hæreſios permittendæ materiâ, ad cauſam & perſonam attinet, non confundit ea Erneſtus. Si Mantua docet impunitate temporariâ, quæ in caſu neceſſitatis indulgetur, ſuccurri tantùm perſonæ afflicti Comitis, & non pravæ cauſæ hæreſios, verum docet, neq; Erneſtus huic rei repugnet. At verò per libertatem conſcientiæ perpetuam, ita indulgeri perſonæ, vel concedentis Cæſaris, vel Acatholicorum petentium, ut non ſimul malè indulgeatur cauſæ hæreſios, id certè Erneſtus negat, & Mantua profectò non aſſerit. Quin adeo hoc potiſſimum Erneſtinæ rationis momentum eſt, eâ perpetuâ conceſſione, dum perſonis Acatholicorum favere & ſuccurrere velle tantùm videmur ipſi hæreſi nos favere & verè ſuccurrere.

Quid? Hæreſi directè & indirectè cooperari, nonne eſt, non tam perſonis, quàm ipſi hæreſios cauſæ favere & ſuccurrere? Atqui Erneſtus probat impunitatem, quâ de agit, tum directè, tum indirectè hæreſi cooperari: Ergo probat impunitatem, non tam perſonis, quàm ipſi perditiſſimæ & profligatiſſimæ hæreſios cauſæ favere & ſuccurrere. Præterea, dare Acatholicis poteſtatem, ut fidei Doctores eliminent, ut Magiſtros errorum in cathedras intrudant, ut hæreſin publicæ doceri mandent, ut Catholicos propoſita exilij pœnâ ad falſam religionẽ, non tam invitent quàm compellant, non ne eſt favere hæreſi & falſæ religioni ſuccurrere, atque opem præſtare? Atqui pax projecti hoc facit: Ergo pax projecti hæreſi ſuccurrit: Ergo frivola eſt hæc Dorſchei & inanis obſervatio.

§. 10.

X.

Prædicantis Obſervàtio.

Permiſſio & impunitas hæreticis conceſſa, non eſt injuria creatoris & veræ religionis. Ita docet Mantua contra Erneſtum.

Mantua, de impunitate temporariâ, in ſupremo neceſſitatis articulo

cuſo conceſsâ, ita docet, & cum Erneſto docet. Nihil ergo contradicit in hoc Mantua Erneſto, niſi in Prædicantico Dorſchei cerebello.

§. 11.

X I.

Prædicantis Obſervatio.

PLeraq; rationes, quæ paci projecti patrocinantur, Marco Mantuæ probantur, ſed Erneſto diſplicent.

Fruſtra es Prædicans. Nulla ratio patrocinatur paci projecti. Satius ſuperq; ſupra demonſtratum.

§. 12.

X I I.

Prædicantis Obſervatio.

NOn æſtimat Mantua eam eſſe hæreſios naturam, ut pax cum iis inita ſit fruſtratoria, & bello perniculoſior, ut judicat Erneſtus.

Et quid mirum Marcum Mantuam non uſum illo argumento. Non enim agebatur de pace cum illis ineundâ, ſed controvertebatur de ea, quæ ad tempus inita eſſet, an teneret, & an ejus causâ Comes in pœnam canonis incidiſſet. Et quamvis non de initâ, ſed de ineundâ quæſitum fuiſſet, cùm ea temporaria tantùm futura eſſet, certè non poterat illud Erneſti argumentum prudenter à Mantuâ adduci, quòd in contractu tantùm perpetuo vim & locum obtinere poteſt. Nemo cum eo lubenter pacto ſtabili & perpetuo contrahit, quem novit incertæ & fluctuantis eſſe fidei ſolere, cùm facilè intelligat fieri vix poſſe, ut non demum, ſeriùs aut citiùs, fraudem patiatur. At promiſſo, & fœdere ſolubili, & ad exiguum tempus duraturo, non ita ægrè ſe obſtringi patiatur, cùm brevi pactionis exitu fraus præveniri, & haud difficulter evitari poſſit.

§. 13.

§. 13.

XIII.

Prædicantis Obſervàtio.

Erycij Puteani ſtatera pacis & belli, qua induciæ Belgicæ expēduntur, conſentit Marco Mantuæ, & refutat Erneſti molimina.

Si unà tecum ineptire vellem, & alienis plumis ridiculam, ut tu feciſti, exornare corniculam, exſcriberem hoc loco, & pro fallace Erycij Puteani ſtaterâ, reponerem tibi Puteanomaſtiga Catholico-Politicum, adderem ad longum Stateram Puteaniam Manibus Lipſij adæquatā, jungegerem Somnium Satyricum ejusdem argumenti, neque omitterem quædam etiam Batavorum de eâ re judicia, quæ in Belgio typis vulgata ad manus habeo. Sed quid refert inanes Philologorum & Rhetoriſcorum ampullationes gravibus Theologorum exedris inferre? ad populum phaleras iſtas. Multum eſt in Erycij ſtaterâ imprudentiæ, parum conſilij, flumen orationis, ut ajebat ille, ſed guttula rationis, Attica ſuada, ſed maleſuada, verborum comeres, plus luis quàm lucis afferens, florida & diſerta verba, quæ colubros tegunt veneno armatos, ut non immeritò monitos voluerit ſuos, ille, qui ſic canit,

Qui legitis flores & humi naſcentia fraga,
Frigidus, ô Belgæ, pulchra latet anguis in herba.

Apage ergo ſis Prædicans. Malè committis Erycium Puteanum cum Erneſto, Rhetorem cum Theologo.

§. 14.

XIV.

Obſervatio Prædicantis.

Gentiles Religioni Chriſtianæ nunquam pacem & libertatem dare potuiſſent, ſi egiſſent iuxta principia Erneſtina.

Quid hîc dicam penè neſcio. An appellem Prædicantis inſaniam?

Anim-

An imperitiam? An utrumque? educamus ad formam argumentum.

Illa principia ſunt repudianda juxta, quæ Gentiles & Turcæ non poſſent dare pacem & libertatem Chriſtianæ religioni: Atqui juxta principia Erneſtina Gentiles & Turcæ non potuiſſent dare libertatem Chriſtianæ religioni: Ergo. Faxo tibi ſimile. Illa principia morum ſunt repudianda, juxta quæ Gentiles & pagani poſſunt adorare idola: Atqui juxta doctrinam Evangelij poſſunt Gentiles adorare idola ſua: Ergo. Probo Minorem. Doctrina Evangelij eſt. Deum tuum adorabis: Subſumunt Gentiles: Atqui hoc eſt Deus meus: Ergo hoc adorabo. An ex principiis Evangelij bene? Scilicet quàm ex principiis Erneſti. Pax Chriſtianis negabitur bene! Nonne pudenda res eſt Doctorem Theologiæ ita ineptire? Sanè ſi omnia ea principia vituperare licet, quibus depravati homines abuti poſſunt, nihil eſt tam certum & ſanctum, quod extra juſtam damnationis aleam ſit poſitum.

Reſp. 1. Diſting. Mai. ſi juxta principia rectè intellecta & applicata, non poſſunt dare Chriſtianæ fidei pacem: Concedo maj. Si juxta principia malè intellecta & applicata. Nego Maj. Iterum, diſtinguo Min. Atqui juxta principia Erneſti rectè intellecta & applicata, non poſſunt Gentiles dare pacem Religioni Chriſtianæ: Nego. Juxta malè applicata: concedo: Ergo. Nego conſeq. Principium Erneſti eſt hoc: Princeps fidelis, non debet in perpetuum hæreſi & falſæ religioni libertatem & impunitaté dare. Quod ſi ergo eo Turcus uti velit, ad negandam Chriſtianis in ditione ſuâ conſtitutis fidei ſuæ libertatem, opus eſt, ut ita ſubſumat: Atqui ego ſum Princeps fidelis. Anne bene & rectè? Iterum, opus eſt, ut addat: Et Chriſtiani ſunt falſæ Religionis cultores. Iterumne bene? certè tam Turcus malè ſubſumeret & principia Erneſti applicaret, quàm Prædicans Anticriticus trigarius ea ineptè impugnat.

Reſp. 2. Quid ni vertamus argumentum & probemus ex eodem, non potuiſſe non Gentiles ſoli Chriſtianæ Religioni in ſuis regnis libertatem concedere? Sic arguo. Illa principia ſunt maximè probanda, juxta quæ rectè intellecta & applicata non poſſunt, non Gentiles ſoli Chriſtianæ Catholicæ Religioni libertatem concedere: talia ſunt Erneſtina: Ergo. Probo minor. Juxta principia Erneſtina ſoli veræ Religioni eſt abſolutè & in perpetuum concedenda à nobis libertas: Atqui ſola Chriſtiana Catholica eſt vera Religio: Ergo illi ſoli concedenda perpetua

qui invaſorem, à quo aliter incolumis evadere non poterat, vita exuit, ab iudicibus meritò abſolvitur. Hoc Benavidius tuus cùm bene videret, non temerè in medium adduxit, tu verò ſi ex eo argumento univerſim, & de toto rerum lege prohibitarum genere, velis concludere, quicquid etiam de ſe & ex naturâ ſuâ illicitum eſt, poſſe in aliquâ rerum circumſtantia licitum fieri, plùs ſanè quàm Doctorem deceat, hallucinaris.

§. 5.

V.

Obſervatio Prædicantica.

Rationem à neceſſitate urgente, pro permittenda impunitate hæreſios, diligenter urget Marcus, contrà quàm faciat Erneſtus.

Falſitas manifeſta, id quod Marcus urget & probat, Erneſtus nunquam improbet. Vult Marcus licere ad evitandum ſupremum diſcrimen, permittere hæreſin ad tempus, ita ut permiſſio ſit revocabilis, nec illis detur poteſtas Catholicos intentato exilio ad hæreſin cogendi, aut bona Eccleſiæ in perpetuum ſibi arrogandi, neque illis ad hoc patrandum auxilium præſtetur, aut præſtandum iuretur. Idem dicit Erneſtus, ſi roges, neque in eo caſu militant, ea, quæ Erneſtus tanto pondere ſemper vibrat rationum tela. Nulla ibi reperitur cooperatio neque indirecta quidem, nulla creatoris aut fidei iniuria, nulla poteſtatis alienæ uſurpatio. Verbo, Mantua Benavidius contendit oſtendere impunitatem hæreſios temporariam excuſari; Erneſtus urget impunitatem perpetuam à crimine abſolvi non poſſe, quid ergo mirum quòd quæ neceſſitas Benavidii inſtituto convenit, Erneſti iudicio non conveniat?

§. 6.

§. 6.

VI.

Obſervatio Prædicantica.

IN ſolennibus aliquid omitti poteſt, & ſubveniri æquitati, ubi id ea poſtulat. Hæc eſt Marci Mantua doctrina, quam improbat Erneſtus.

Iterum falſitas, Erneſtus receptæ circa eam controverſiam doctrinæ non repugnat. Nunquid enim ipſe fateris communi Doctorum approbatione omitti aliquam ſolemnitatem, jure poſitivo requiſitam poſſe, ſi ſit, vel in rebus modicis & parvis, vel ſi tanta tamq; urgens premat neceſſitas, ut auctoritas Papæ aut Superioris exſpectari non poſſit? Ubi hoc improbat Erneſtus? Ubi negat? Vin' ſcire quid neget? negat hîc agi de rebus modicis. Negat eum eſſe neceſſitatis articulum, temporiſq; anguſtias ut Papa adiri, ejusq; conſenſus exſpectari non poſſit.

§. 7.

VII.

Obſervatio Prædicantica.

PUblicæ neceſſitates ſoluunt vim juramenti ſine relaxatione ſuperioris, ita docet Marcus contra Erneſtum.

Erneſtus non negat eam poſſe aliquando incumbere neceſſitatem, ut jus juramenti, ſuâ quaſi ſponte, diſſolutum elangueat. At negat talem hactenus incubuiſſe. Negat nos, ſi eosdem pro Eccleſiæ & fidei incolumitate gereremus animos, quos pro temporali ditionum noſtrarum jure & rectè quidem gerimus, aliter illi neceſſitati proſpicere non poſſe. Negat eam doctrinam locum habere in jurejurando, quod obligat ad rem, cui absq; peccato contraveniri non poteſt. Et nunquid hoc poſterius rectè? Ita ſanè. Nam ſi quis Sacramento dicto ſpoſpondiſſet, ſe ſacra matrimonij ritè initi vincula nunquam rupturum, ſe impudico fornici nunquam vacaturũ, ſe hæreſi & idololatriæ nunquam operam daturum, is nullâ vnquam neceſſitate, eâ religione ſolui poſſet. Quid? An tu putas

 trigam

trigam tuam, ſi interrogaretur, reſponſuram eſſe, poſſe homini religioſo, trium votorum ſponſione & profeſſione obſtricto, ullo neceſſitatis caſu licere, ut ne ſit caſtus, pauper, obediens? Ergo fieri poteſt, ut ea ſit juramenti ſubinde firmitas, tamq; individuus nexus, ut nullo unquam tempore, & ſæpe ne à ſuperiore quidem ipſo ſolvi queat. Tale eſt Cæſaris, quo ſpondet, ſe pro poſſe & noſſe Eccleſiæ, & Religionis Chriſtianæ jura defenſurum, cujus vis, Cæſareo muneri tam adamantinâ, ut ita loquar, catenâ illigata inhæret & aſtringitur, ut nullâ unquam poteſtate, aut violentiâ ab illo poſſit divelli. Non nego, ea incidere tempora poſſe, & tam graves ſuboriri difficultates, ut Cæſari à juratâ defenſione abſtinere jus faſq; ſit. Ad impoſſibile enim, & ad id quod impoſſibili proximum, nemo etiam juratus tenetur. At verò, ut idem Cæſar, ob præſentia quæ fortè urgent mala, eo ſit animo, & proponat nullo deinceps tempore, etiam tunc cùm poteſtas aderit, & ſibi poteſtatem adfuturam prævidet, fidem ejuſq; jura cōtra Acatholicos tueri, eamq; rem pro ſe ſuiſq; poſteris juramento conventionali ſpondeat, & in perpetuum paciſcatur, id jam ſalvâ juramenti, in ſuâ electione & coronatione præſtiti, religione non poteſt.

Inſtat Prædicans. Ergo Carolus V. & Ferdinandus I. cæteriq; porrò Cæſares, & Electores, Archiepiſcopi, tot Epiſcopi, Prælati, Principes, qui Paci religioſæ aſſenſum præbuere, ſunt perfidi, & perjuri in imperio habendi?

Reſp. Non ſunt habendi. Pactum damnamus tanquam juramento adverſum, paciſcentes verò, tanti mali ignoratione & incogitantiâ, libenter excuſamus. Putabant illi conceſſione eâ Acatholicorum animos ita devincire, ut, brevi deinceps temporis intervallo, deſæviente mentium commotarum tempeſtate, redditaq; quiete, omnes ad eundem fidei & religionis portum nobiſcum ſe reciperent, & ad officium redirent, adeoque totam eam rem temporaneam ſolummodo, & quod inde fieri videbatur, juramento ſuo minimè contrariam eſſe exiſtimabãt. Ergo juxta mentem Erneſti majores illos noſtros excuſare decet, at imitari non licet. Quod illos à culpâ immunes facit, nos reddat cautos. Aliàs meritò verendum, niſi aliter ſapimus, ut ne excuſationem, quam iis, qui ante nos fuerunt, modò impendimus, à poſteris noſtris minimè mereamur.

187
§. 8.
VIII.

Obſervatio Prædicantis.

M*Arcus Mantua concedit etiam abſolutam & illimitatam hæreſis impunitatem, contrà quam Erneſtus putet.*

Potuiſtine hæc ſine rubore ſcribere Prædicans? Aut quomodo à mendacio excuſabis aut impoſturâ, falſitatem tam publicam & inverecundam? caſus Marco propoſitus eſt iſte: An Comes Tranſylvanus, qui neceſſitate Turcorum ingruentium urgente, cùm aliter ſubditos in auxiliis habere non poſſet, iiſdem impunitatem hæreſis conceſſit, usque ad Concilium Generale proximum, an, inquam, ille contra præceptum fidei peccaverit, & eâ causâ dignitatis ſuæ gradu exciderit. Hic reſpondet Marcus Mantua, non peccaſſe, non excidiſſe. Et probat hoc modo.

1. In gravi neceſſitate defendendi ſeipſum, licet occidere etiam patrem & matrem: Ergo & in gravi neceſſitate licuit illi Comiti hæreſi impunitatem illam (uſq; ad concilium) dare.

2. Etſi gravis ſit obligatio, & jurisjurandi religio, tamen aliquando ob graves difficultates ſubortas, fas eſt ab eo recedere: Ergo & Comiti Tranſylv. etſi ſit obligatio gravis hæreſin impediendi, tamen ob difficultatem & pericula fas fuit, hæreſin, (uſq; ad Concilium) ſuis ſubditis permittere.

3. Ob ſcandalum imminens, & graviora mala licet permittere minus malum. Ergo Comiti Tranſylv. ad evadendum Mahometis jugum licuit ſubditis libertatem conſcientiæ (uſq; ad Concilium Generale) indulgere.

4. In dubio, quando non liquet, an ſint hæretici illi ſubditi, nõ eſt obligatio eos, ut tales puniendi, & vitandi. Atqui ante Concil. non liquet ſatis, an illi ſint hæretici, cum Concilij ſit definire. Ergo ante Concilium licuit illis impunitatem doctrinæ ſuæ concedere. Atqui Comes Tranſylv. ante Concilium, quia uſq; ad Concilium, conceſſit. Ergo licitè fecit. Tum deinde §. 20. ſub finem planè concludens, ita dicit.

Dato etiam, quòd judicatum fuiſſet (in Concilio) *eos fore tales* (hæreticos) *ex quo impoſſibilitas obligat neminem. l. impoſſibilium.*

lium. l. nemo. ff. de reg. jur. &c. & cùm ex his omnia ad idem tendentia, quæ prima facie dubitationem faciebant, ſublata ſint, aliter membranas (quod in proverbio eſt) & fruſtra quidem non occupabo, &c.

Atque ſi diceret Marcus: etſi conſtitiſſet illos absque dubio eſſe hæreticos, tamen, quia neceſſitas Comiti prædicto incumbebat, ut moralis impoſſibilitas eſſe videretur, concludo Comitem potuiſſe impunitatem petitam concedere. Jam quæro, ubi hîc Marcus concedit impunitatem abſolutam illimitatam? Certè ad formam quæſiti reſpondet, & reſpondere cenſendus eſt. Atqui in forma quæſiti, ſive caſus controverſi, duplex reperitur limitatio, nimirum, quia conceditur impunitas, non contractu, ultro citroq; obligationem de ſe perpetuam importante, ſed edicto, quod par vel major poteſtas poteſt revocare; deinde, quia ad tempus Concilij Generalis proximè futuri indulgetur. Ergo & in reſponſione Marci eadem duplex limitatio includitur. Interrogatio & reſponſio, ſi quidem à viro intelligente hæc proficiſcatur, ſenſu convenit. Atqui interrogatio Comitis ſenſum habet impunitatis limitatæ. Ergo & reſponſio Marci Mantuæ ſenſum habet impunitatis limitatæ. Ergo Dorſcheus, qui ei ſenſum illimitatum & abſolutum affingit, impoſtor eſt, aut graviter fallitur.

Objicit Prædicans 1. *Marcus concedit uſq; ad Concilium Generale definiens: Ergo in perpetuum, quia Concilium Generale nunquam legitimum haberi à Pontificiis poteſt.*

Reſp. Nunquid egregiè mentem Marci colligit Prædicans Anticriticus: Tui hoc cerebri ſomnium eſt, non Marci Mantuæ cogitatum. Recipe ergo telum, quod levi nimis brachio vibraſti. Marcus Mantua concedit impunitatem usq; ad concilium Generale definiens: Ergo concedit, ex ſuâ concedentis ſententiâ, ad limitatum tempus, quia Concilium Generale ex ejus ſententiâ legitimum à Pontificiis haberi poteſt. Marcus Mantua Pontificius fuit, non tui ſimilis.

Objicit 2. *Marcus §. 19. concedit abſolutam & inconditionatam.*

Falſum eſt, expreſsè in illo §. uti tu illum ſignas, facit mentionem temporis uſq; ad Concilium tantùm extenſi.

At di-

At dicit: *Ex quo impoſſibilitas obligat neminem.*

Ita dicit, ſed §.20. uti tu illum in margine ſignas. Videamus ergo: Excute demum fœtum & ſaginatum Logicâ arte & ſubtilitate pectus, experire quid conando poſſis, infer conſequentiam. Marcus dicit; Comes Tranſylvanus poteſt licitè concedere impunitatem hæreſios, quia impoſſibilitas obligat neminem: Ergo Marcus dicit, poſſe concedere impunitatem abſolutam, inconditionatam, in perpetuum. Quis hanc ineptam ineptiam non videt? Dabo exemplum ſuppar. Theologi omnes dicunt Si quis aliter vitam tueri non poſſit, quàm occidendo invaſorem, licitè occidit, quia ad impoſſibile nemo tenetur. Ergo Theologi dicunt abſolutè & illimitatè & ſemper licere invaſorem occidere.

Item, Theologi dicunt, debitor, qui non habet, unde creditori faciat ſatis, licitè poteſt non ſolvere debitum, quia ad impoſſibile nemo tenetur: Ergo Theologi dicunt, debitorem abſolutè & ſemper licere non ſolvere debita. Item, Theologi docent, pauperem, qui in extremo famis diſcrimine eſt, & non habet, unde vitam trahat, licitè res alterius ſibi uſurpare: quia impoſſibilitas neminem obligat. Ergo Theologi dicunt, pauperem abſolutè & ſemper res alterius ſibi poſſe uſurpare. Atqui tu ſic probas, Marcum aſſerere impunitatem abſolutam hæreſios: Ergo planè inſulsè probas. Vin' tu verò, ut vel ex iiſdem verbis probem Marcum adſtruere, permiſſionem limitatam? Audi. Marcus de tali loquitur impunitate qualis eſt neceſſitas & impoſſibilitas, ex quâ infert licitam eam eſſe impunitatem. Atqui loquitur de impoſſibilitate præſentis temporis, ut ex terminis patet. Ergo loquitur de impunitate præſentis temporis. Item, non loquitur de impoſſibilitate perpetuâ, quia ea, vel nulla eſt, vel certè Marco minimè perſpecta & cognita. Ergo non loquitur etiam de impunitate perpetuâ. Ubi jam ſubſiſtis cum tuâ futili & fallaci obſervatione?

§. 9.

IX.

Prædicantis Obſervatio.

PErſonam à cauſa notabiliter ſecernit Mantua, Erneſtus autem perpetuò confundit.

Frivola planè obſervatio. Mantua loquitur de impunitate temporariâ Erneſtus de perpetuâ. Hæc tu pueriliter & imperite confundis. Quod verò in hac hæreſios permittendæ materiâ, ad cauſam & perſonam attinet, non confundit ea Erneſtus. Si Mantua docet impunitate temporariâ, quæ in caſu neceſſitatis indulgetur, ſuccurri tantùm perſonæ afflicti Comitis, & non pravæ cauſæ hæreſios, verum docet, neq; Erneſtus huic rei repugnet. At verò per libertatem conſcientiæ perpetuam, ita indulgeri perſonæ, vel concedentis Cæſaris, vel Acatholicorum petentium, ut non ſimul malè indulgeatur cauſæ hæreſios, id certè Erneſtus negat, & Mantua profectò non aſſerit. Quin adeo hoc potiſſimum Erneſtinæ rationis momentum eſt, eâ perpetuâ conceſſione, dum perſonis Acatholicorum favere & ſuccurrere velle tantùm videmur ipſi hæreſi nos favere & verè ſuccurrere.

Quid? Hæreſi directè & indirectè cooperari, nonne eſt, non tam perſonis, quàm ipſi hæreſios cauſæ favere & ſuccurrere? Atqui Erneſtus probat impunitatem, quâ de agit, tum directè, tum indirectè hæreſi cooperari: Ergo probat impunitatem, non tam perſonis, quàm ipſi perditiſſimæ & profligatiſſimæ hæreſios cauſæ favere & ſuccurrere. Præterea, dare Acatholicis poteſtatem, ut fidei Doctores eliminent, ut Magiſtros errorum in cathedras intrudant, ut hæreſin publicæ doceri mandent, ut Catholicos propoſita exilij pœnâ ad falſam religionē, non tam invitent quàm compellant, non ne eſt favere hæreſi & falſæ religioni ſuccurrere, atque opem præſtare? Atqui pax projecti hoc facit: Ergo pax projecti hæreſi ſuccurrit: Ergo frivola eſt hæc Dorſchei & inanis obſervatio.

§. 10.

X.

Prædicantis Obſervàtio.

PErmiſſio & impunitas hæreticis conceſſa, non eſt injuria creatoris & veræ religionis. Ita docet Mantua contra Erneſtum.

Mantua, de impunitate temporariâ, in ſupremo neceſſitatis articulo

uſo conceſsâ, ita docet, & cum Erneſto docet. Nihil ergo contradicit in hoc Mantua Erneſto, niſi in Prædicantico Dorſchei cerebello.

§. 11.

XI.

Prædicantis Obſervatio.

PLeraq; rationes, quæ paci proiecti patrocinantur, Marco Mantuæ probantur, ſed Erneſto diſplicent.

Fruſtra es Prædicans. Nulla ratio patrocinatur paci projecti. Satius ſuperq; ſupra demonſtratum.

§. 12.

XII.

Prædicantis Obſervatio.

NOn æſtimat Mantua eam eſſe hæreſios naturam, ut pax cum iis inita ſit fruſtratoria, & bello periculoſior, ut judicat Erneſtus.

Et quid mirum Marcum Mantuam non uſum illo argumento. Non enim agebatur de pace cum illis ineundâ, ſed controvertebatur de ea, quæ ad tempus inita eſſet, an teneret, & an ejus causâ Comes in pœnam canonis incidiſſet. Et quamvis non de initâ, ſed de ineundâ quæſitum fuiſſet, cùm ea temporaria tantùm futura eſſet, certè non poterat illud Erneſti argumentum prudenter à Mantuâ adduci, quòd in contractu tantùm perpetuo vim & locum obtinere poteſt. Nemo cum eo lubenter pacto ſtabili & perpetuo contrahit, quem novit incertæ & fluctuantis eſſe fidei ſolere, cùm facilè intelligat fieri vix poſſe, ut non demum, ſeriùs aut citiùs, fraudem patiatur. At promiſſo, & fœdere ſolubili, & ad exiguum tempus duraturo, non ita ægrè ſe obſtringi patiatur, cùm brevi pactionis exitu fraus præveniri, & haud difficulter evitari poſſit.

§. 13.

§. 13.

XIII.

Prædicantis Obſervatio.

Erycij Puteani ſtatera pacis & belli, quæ induciæ Belgicæ expēduntur, conſentit Marco Mantuæ, & refutat Erneſti molimina.

Si unà tecum ineptire vellem, & alienis plumis ridiculam, ut tu feciſti, exornare corniculam, exſcriberem hoc loco, & pro fallace Erycij Puteani staterâ, reponerem tibi Puteanomaſtiga Catholico-Politicum, adderem ad longum Stateram Puteaniam Manibus Lipſij adæquatã, jungegerem Somnium Satyricum ejusdem argumenti, neque omitterem quædam etiam Batavorum de eâ re judicia, quæ in Belgio typis vulgata ad manus habeo. Sed quid refert inanes Philologorum & Rhetoriſcorum ampullationes gravibus Theologorum exedris inferre? ad populum phaleras iſtas. Multum eſt in Erycij ſtaterâ imprudentiæ, parum conſilij, flumen orationis, ut ajebat ille, ſed guttula rationis, Attica ſuada, ſed maleſuada, verborum cometes, plus luis quàm lucis afferens, florida & diſerta verba, quæ colubros tegunt veneno armatos, ut non immeritò monitos voluerit ſuos, ille, qui ſic canit,

Qui legitis flores & humi naſcentia fraga,
Frigidus, ô Belga, pulchra latet anguis in herba.

Apage ergo ſis Prædicans. Malè committis Erycium Puteanum cum Erneſto, Rhetorem cum Theologo.

§. 14.

XIV.

Obſervatio Prædicantis.

Gentiles Religioni Chriſtianæ nunquam pacem & libertatem dare potuiſſent, ſi egiſſent iuxta principia Erneſtina.

Quid hìc dicam penè neſcio. An appellem Prædicantis inſaniam?

Anim-

An imperitiam? An utrumque? educâmus ad formam argumentum.

Illa principia ſunt repudianda juxta, quæ Gentiles & Turcæ non poſſent dare pacem & libertatem Chriſtianæ religioni: Atqui juxta principia Erneſtina Gentiles & Turcæ non potuiſſent dare libertatem Chriſtianæ religioni: Ergo. Faxo tibi ſimile. Illa principia morum ſunt repudianda, juxta quæ Gentiles & pagani poſſunt adorare idola: Atqui juxta doctrinam Evangelij poſſunt Gentiles adorare idola ſua: Ergo. Probo Minorem. Doctrina Evangelij eſt. Deum tuum adorabis: Subſumunt Gentiles: Atqui hoc eſt Deus meus: Ergo hoc adorabo. An ex principiis Evangelij bene? Scilicet quàm ex principiis Erneſti. Pax Chriſtianis negabitur bene! Nonne pudenda res eſt Doctorem Theologiæ ita ineptire? Sanè ſi omnia ea principia vituperare licet, quibus depravati homines abuti poſſunt, nihil eſt tam certum & ſanctum, quod extra juſtum damnationis aleam ſit poſitum.

Reſp. 1. Diſting. Mai. ſi juxta principia rectè intellecta & applicata, non poſſunt dare Chriſtianæ fidei pacem: Concedo maj. Si juxta principia malè intellecta & applicata. Nego Maj. Iterum, diſtinguo Min. Atqui juxta principia Erneſti rectè intellecta & applicata, non poſſunt Gentiles dare pacem Religioni Chriſtianæ: Nego. Juxta malè applicata: concedo: Ergo. Nego conſeq. Principium Erneſti eſt hoc: Princeps fidelis, non debet in perpetuum hæreſi & falſæ religioni libertatem & impunitatē dare. Quod ſi ergo eo Turcus uti velit, ad negandam Chriſtianis in ditione ſuâ conſtitutis fidei ſuæ libertatem, opus eſt, ut ita ſubſumat: Atqui ego ſum Princeps fidelis. Anne bene & rectè? Iterum, opus eſt, ut addat: Et Chriſtiani ſunt falſæ Religionis cultores. Iterumne bene? certè tam Turcus malè ſubſumeret & principia Erneſti applicaret, quàm Prædicans Anticriticus trigarius ea ineptè impugnat.

Reſp. 2. Quidni vertamus argumentum & probemus ex eodem, non potuiſſe non Gentiles ſoli Chriſtianæ Religioni in ſuis regnis libertatem concedere? Sic arguo. Illa principia ſunt maximè probanda, juxta quæ rectè intellecta & applicata non poſſunt, non Gentiles ſoli Chriſtianæ Catholicæ Religioni libertatem concedere: talia ſunt Erneſtina: Ergo. Probo minor. Juxta principia Erneſtina ſoli veræ Religioni eſt abſolutè & in perpetuum concedenda à nobis libertas: Atqui ſola Chriſtiana Catholica eſt vera Religio: Ergo illi ſoli concedenda perpetua

Gentilibus eſt libertas. Quid vis clarius? Aut quâ ratione vis ineptiam tuam redargui liquidiùs? Verùm audet adhuc mutire Anticriticus.

Juſtinianus, inquit, *Imperator pactus eſt pacem perpetuam cum Perſis gentilibus, relinquens hoc modo abſolutam ſuperſtitionis paganæ impunitatem & libertatem.*

Reſp. Pactus eſt Juſtinianus cum Perſis, ſed hoſtibus extraneis, quorum ipſe religionem ſartam tectam tueri non tenebatur. Uti ergo Cæſarem hodie nemo culpat, quòd Turcis quorum non eſt Dominus Alcoranum non vetat; ita neq; Juſtiniano quis vitio vertat, quod inito cum Perſis pacis fœdere, liberum illis & impunitum ſuperſtitionis & idololatriæ uſum reliquerit. Nunquam cogitaſſem D. Dorſch adeo eſſe indoctum.

SECTIO IV.

R*Ationes Trigæ Patavinæ, uti à Dorſcheo quidem accipiuntur, probant Chriſtum Servatorem noſtrum à Caipha & Concilio Iudæorum recte & legitime ad mortem damnatum & Pilato traditum.*

Dico, *prout à Dorſcheo accipiuntur.*

Nam revera, ſi æquâ rationis lance & fortaſſe etiam ex ipſius Marci Mantuæ auctoris mente atq; rectâ intentione expendantur, nihil patrocinantur iniquiſſimæ Judæorum crudelitati. De iis ergo non ex pondere ſanctuarij ſed judicio ſcævo Anticriſios Dorſcheanæ loquamur.

Pone tibi primùm ante oculos, Lector veri amans, inſignem ædium ſacerdotalium aulam, ſubſellia longo ordine compoſita, tumidas legisperitorum cathedras, ſublimem Pontificis thronum, circumſpice atque animum adverte, ad Levitas, Sacerdotes, legis Doctores, populi Principes, templi Præſides, ipſum ſupremum ſacrorum Judaicorum Antiſtitē, omnes phylacteriis, fimbriis, tiaris inſignes, ætate, doctrinâ poteſtate eximios, tum demum aurem attentam accommoda, & quid loquantur auſcultare perge. Surgit è medio, quis neſcio, Rabbi Hakados, grandiq; ſupercilio cæteros intuitus. Quid facimus, inquit, Proceres Iſraëlis, quia hic homo multa ſigna facit? Intelligitis omnes de quo homine lo-

quar,

quar. Eſt ille Jeſus, Nazaretho oriundus, domi quidem ſuæ nobilis, ſed egenus, veſtitu vulgaris, ſed formâ conſpicuus, comitatu deſtitutus, ſed eloquio potens, & factis tantùm non Deus. Quid juvat diſſimulare, quod populus cantat in triviis, & quod ſi homines ſilentio involuere moliantur, ipſi lapides clamabunt: Dæmonas vi quâdam ſupernâ ejicit, omne morborum genus nutu & voluntate pellit, mortuos ipſos ab inferis verbi inſolitâ poteſtate revocat.

Per hoſce dies, cùm quidam Lazarus in vicinâ nobis Bethaniâ diem obijſſet ſuum, licet jam quatriduum in tumulo ſqualeret, hujus tamen Jeſu Nazareni oratione revixit. Audio non ſemel, in deſertis locis, multitudine hominum in unum coactâ, cœtus egiſſe populorum, & cùm pauculos tantummodo panes ad manus haberet, omnium tamen famem explêſſe, multiplicato inter manus atq; preces victu miraculoſo. Atq; adeo hiſce diebus cùm urbem aſello vectus ingrederetur, tanta repente & puerorum, & mulierum, & virorum concurſatio eſt facta, ut à comitatu regio parum abeſſe videretur; cum alij ramos palmarum ferrent, alij olivas cæſas viæ inſternerent, alij veſtes humeris detractas, pedibus incedentis ſubjicerent, omnes verò ingenti voce atq; plauſu feſtum acclamarent, Oſianna, Filio David, victori, triumphatori, benedicto, qui venit in nomine Domini. Res hæc periculi plena eſt. Niſi obſiſtimus tempori, hominemque ex vulgi oculis ſubmovemus, omnes in illum velut Meſſiam credent, factaq; conſpiratione regem illum creabunt. Quanto id verò Romanorum odio, & noſtro incommodo, futurum ſit, facilè videtis. Hic Nicodemus, ex occulto Servatori addictus: Mirari, inquit, ſatis nequeo, ô viri, quid in mentem vobis venerit tam dira de homine illo agitare conſilia. Ecquid enim mali cuiquam fecit? cui damnum intulit? Spiritus Tartareos exigit, morbis medetur, mortem depellit, vitam ipſam reddit, hæccine ſunt, quæ ſupplicio & morte digna judicatis? Per civitatem ſanctâ Jeruſalem, per templum Domini, per altare, per legem noſtram, perq; Numen ipſum obteſtor, videte quid agatis. Enim verò, vel à Deo eſt, quod ille molitur, vel ſuâ hominis ſponte impulſus agitur. Si prius, fruſtra eſtis. Nam prætérquam, quòd profecturi eſtis nihil, graviſſimo vos ſcelere obſtringetis. Si poſterius, nihil opus eſt noſtro conatu. Suâ ſponte ruet, qui ſuâ ſponte ſe extulit. Ego verò vehementer metuo, ne quid ibi divini ſubſit.

Opera, quæ ille agit, omnes naturæ vires longè excedunt, quare ni-

ſi Deo acceptus foret, nunquam talia patraret. Prophetam eſſe cœlitus miſſum non dubito. An verò vobis licet, aut libet Prophetam necare? Et ut Propheta non ſit, homo tamen eſt innocens, inculpatus, ſanctus. An vobis integrum eſt, absque noxâ quenquam condemnare? Aut lex Moyſis permittit unquam ſanguinem innocentem fundere? Vos populi tumultum timetis, ego verò homicidij crimen timeo. Vos Romanos, ego verò Deum extimeſco. His dictis varium ibat per ſubſellia murmur, horum Nicodemo haud obſcurè aſſentientium, iſtorum verò (quorum pars longè tamen maxima) odium & furorem adhuc ſpirantium.

Tum demum Caiphas ex alto fari orſus. Quid multis, inquit, opus eſt verborum anfractibus? In eo verſamur rerum articulo, ut aut genti noſtræ univerſæ pereundum ſit, aut uni iſti homini vita demenda, utrum æquius cenſetis? Quòd ſi hunc quidem quæſito aliquo necis inferendæ colore, è medio tollimus, omni ſtatim priſtinæ quieti reſtituta conquieſcent. Nulla erit plebis commotio, nulla in templo concurſatio, nulla cum Phariſæis contentio, nulla Romanorum ſuſpicio, nullus belli timor. Sin eum dimittimus, quæ non malorum Ilias Remp. noſtram brevi obruet? Plebs ſtolida, homini ambitioſo diadema & regium nomen deferet, conclamabit ad arma, ad ſigna convolabit, belloq; aſſerere libertatem contendet. Inde verò Romani collectis in unum, quibus maximè valent, viribus, ductisq; in nos copiis vaſtitatē regno, excidium populo, extremam omnibus calamitatem afferent. Quid hic ſtatuitis Proceres? Utrum è duobus eligendum putatis? Expendite hinc hominem unum, nauci, nihil, flocci, neci, deſtinatum, inde verò mœnia noſtra diruta, Urbem captam, cives aut ferro cæſos, aut ſub haſtâ venditos, templum inflammatum, altare dirutum, omnia ſacra profanata. Utrum horum vultis? ſi meam ſententiam exquiritis, hæc eſto.

Expedit, ut unus homo moriatur pro populo.

Satius eſt, nos illum Romanis in crucem agendum tradere, quàm nos omnes, ejus causâ, omnemq; populum, Romanorum furori exponi. Neq; quis mihi objectet legem, quæ vetat hominem innoxium morti addicere.

Eſt ea lex fateor, non tamen eo cum rigore obſtringit, ut non in aliquo caſu quis permittatur alium occidere. Quando equidem, ita aut publica communitatis ſalus, aut privata uniuscujusq; defenſio poſſit, & aliter

obri-

obtineri non poteſt, cognato etiam ſanguine licet neceſſitati litare. Defenſio juſta illa eſt, non cædes.

Quod ſi cuivis ad vitam ſuam ſervandam fas eſt alteri, quamvis etiam innoxio vitam eripere, cur nobis nefas ſit, totius populi Hebræi communem interitum privatâ unius nece redimere, & depellere? Quod vinculum jurisjurandi religione, aut arctius eſt, aut in lege noſtrâ ſeveriùs commendatum? Attamen, ubi publica rerum utilitas exigit, permiſſum nobis ab eo recedere. Ergóne Deus ipſe in gratiam boni communis, de jure ſuo, quod in Sacramento dato acquiſierat, ultro nobis non remittet, & homo unus publicæ omnium neceſſitati vitam ſuam non cedet?

Generale, hoc eſt, leges ex cauſa tranſcendi ſolere.

At nos cauſas habemus, & multas & graves, cur ita ſentiamus.

Expedit, ut unus homo moriatur pro populo.

Cùm illum ex eâ causâ occidimus, patrocinamur perſonis noſtris, non autem cauſæ ſive injuriæ, cùm injuſtè non agamus. Et quanquam diffiteri non poſſim, grave videri, hominem aliàs immerentem, ſupplicio addicere, tamen aliunde neceſſitas, quæ ingens telum dicitur, ex cujus ratione multa etiam legi contraria facere permiſſum eſt, omnem vobis ſcrupulum eximere debet.

Neceſſitas legem non habet, ſed ipſa ſibi eſt lex. Illa eſt magiſtra veritatis, & culpabile non eſt, quod neceſſitas infert. Neceſſitati magis obediendum quàm ſermoni & legi, cui illa minimè ſubjacet. Neceſſitas eſt verbum Dei potiùs quàm hominis, & ſicut antiquiſſimum omnium eſt Deus, pulcherrimum mundus, maximum locus, velociſſimum mens, ſapientiſſimum tempus, ita fortiſsimum eſt neceſsitas.

Atqui ter maxima nobis hoc tempore incumbit, Reip. tuendæ, populi ſervandi, Urbis, templi, altaris, legis, ſacrificiorum, divini cultus omnium deniq; rerum periculo eximendarum. Ergo neceſſitas urget, ut Jeſum Nazarenum occidamus. Cùm duo nos mala premunt, quorum utrumq; cavere non poſſimus, id quod minus eſt convenit eligere. At minus malum eſt unum hominem furori Romanorum, & malæ cruci victimam dare, quàm totius gentis noſtræ incolumitatem diſcrimini objicere. Ergo mors Jeſu Nazareni eligenda.

ſibilitas obligat neminem, concludo Jeſum Nazarenum *quocunq; demum modo*, morte afficiendum. Atq; his auditis exclamarunt ferme omnes; *Reus eſt mortis.*

Ecce tibi, Lector, conſilium impium Judæorum, ut argumentis ex trigâ Dorſcheanâ petitis, Chriſtum Jeſum morti injuſtæ addicat. Quid hinc colligas, niſi eas rationes eſſe homine Chriſtiano prorſus indignas. Fat ergo Dorſcheus Anticriticus, trigarius, Caiphæ advocatus, Judæorum procurator etſi pacem projecti Monaſterienſis ex trigâ probat, etiam mortem Jeſu Nazareni in ſynedrio Jeroſolymitano concluſam probet.

SECTIO V.

Triga Dorſcheanæ Triga ſacra ex libro Danielis opponitur.

Libet demũ trigam trigæ opponere, & tres viros Dorſcheanos, cum tribus pueris, ſed Theologis committere. Sunt hi, Sidrach, Miſach & Abdenago, qui inania Dorſcheanæ trigæ argumenta ſuis, & reſponſis, & exemplis facilè elident. Audiamus.

Dorſcheana triga ſic arguit. Quid Regi obſiſtis innocua pubes? cur ſtatuam auream non adoras, aut adorare te exteriùs ſimulas?

Reſpondent pueri. Quia lege divinâ cautum eſt: Non facies tibi ſculptile, ut adores illud.

Dorſcheana triga argumentatur: 1. Eſto, lex prohibeat. An non etiam lege divinâ & humanâ vetatur homicidium? An non parricidium? Nihilominus in aliquo caſu permittitur, nimirum ad propriæ vitæ defenſionem. Ergo etſi idolorum cultus interdictus ſit, tamen ad eripiendum ab incendio caput, permiſſus videri debet.

2. Non eſt caſus, in quo magis aſtringamur ad fidem, quàm juramenti religione. Nihilominus ex causâ relaxatur, & ab eo recedi poteſt. Quidni ô juvenes, tam gravi causâ, nimirum vitæ ſervandæ ergo, etiam à cultu divino, vel ſemel fas ſit recedere?

3. Neceſſi-

3. Neceſſitas legem non habet: Atqui aut moriendi inter flammas, aut ſtatuam auream adorandi eſt ſuprema neceſſitas. Nemo hominum poteſt vos eripere. Deus equidem poteſt, fateor. Sed non ſunt exſpectanda in rebus humanis miracula & prodigia. Ergo legem non habetis, neq; culpam ullam, aut noxam contrahitis.

4. Minus malum majori utique præoptari debet: Atqui minus malum eſt vos ad tempus furori regio cedere, & ſaltem exteriùs idololatriam ſimulare, quàm vitam non modò veſtram, ſed & multorum millium Iſraëlitarum, qui ſub imperio Babylonio degunt, in diſcrimen vocare.

5. Obediendo regi, ſaltem exteriùs, perſonæ veſtræ ſuccurritis, non autem pravæ idolomaniæ cauſæ patrocinamini. Nemo veſtro exemplo idola deinceps colet, cùm ultrò omnes colant. Aut certè, incertum eſt utrum ullus mortalium veſtrâ illâ externâ adoratione ſit ſcandalizandus. Imò dubium eſſe poteſt, an non hæc adoratio ſit cultus tantùm politicus, & nullo modo divinus, quem ſalvo Numinis honore ſtatuæ aureæ impendere poſitis. Multa verò in dubio nobis ſunt permiſſa, quæ extra illud nullo modo permitterentur. Demum, dato dubium non eſſe, ſed liquidò conſtare, eſſe latreuticum cultum, quando neceſſitas extrema, quæ eſt verbum Dei & non hominis, urget, *& ex quo impoſſibilitas obligat neminem & omne, quod eſt impoſſibile pro ſua impoſſibilitate cadit*, concludo vobis licere ſtatuam Regis auream, cultu adorationis externo, ſaltem in ſpeciem, honorare.

Reſpondent tres pueri. Eſto, lex non prohibeat cædem hominis abſolutè & in omni caſu. At idololatriam abſolutè, & tanquam de ſe inhoneſtam nobis vetat. Quod de ſe inhoneſtum eſt, nulla excuſat neceſſitas, nulla permittit legis interpretatio, neque eſt ullum tantum malum, quod homini accidere poſſit, ut ejus evitandi causâ præoptari poſſit. Quisquis idola adorat, perſonæ non ſubvenit ſuæ, cùm animam, principem ſui partem, Orco dedat, cauſam verò peſſimam idolomaniæ, ut verbis non juvet, exemplo peſſimo peſſimè confirmat. Atque hujus quidem rei minimè dubia & incerta, eſt ratio. Idololatria à nobis poſcitur, non cultus politicus. Deos ſuos adorare Rex jubet, quod non licet. Exigat operam noſtram domi; mancipia erimus. Imponat militiam; ſtatim Sacramento dicto autorabimur. Jubeat mori; adſumus, en caput, en cervicem, en ſanguinem. Idololatriam jubet? non licet nobis.

Impoſſi-

Impoſſibilitatem ex legem objectas ? Ecquam impoſſibilitatem? cultum idololatricum negandi? Atqui poſſibile eſt nobis negare, & de facto negamus. Mortem & flammeam fornacem evitandi ? Atqui non eſt impoſſibile Deo, ſervos ſuos, mutato in rorem ardore, ſervare illæſos. Poteſt omnino ſi vult, id nobis ſatis eſto. Quod ſi ille non vult, firmum tamen nobis eſt certumque, idola neutiquam adore, quia hoc de ſe illicitum eſt. Si non eſt in poteſtate noſtrâ vivere, eſt tamen in poteſtate illæsâ conſcientiâ mori.

Hem, Dorſchee, bella tua trigaria argumenta, à tribus pueris, levi halitu diſſlata! Uti idololatria malum eſt de ſe morale; ideoq; nullo neceſſitatis aut impoſſibilitatis prætextu committere licet, ita perpetuam hæreſi licentiam, eo modo quo projectum Monaſterienſe jubet, concedere, eſt de ſe illicitum, eaq; de causâ nulla neceſſitas, nulla difficultas, nullum malum tam grave in hac vita mortali accidere poteſt, ut liceat.

SECTIO VI.

PRo Triga Patavina, reponitur Inſtrumenti Pacis nuper editi ponderatio, facta à Theophilo Generoſo, Genuino Germano.

Percurramus ſingulos

PROJECTI Articulos.

Articulus I.

Pax ſit Chriſtiana, Univerſalis, Perpetua, &c.

CHriſtiana eſſe non poteſt, quia contra Chriſti Doctrinam Hæreſin veræ Fidei exæquat, prædicare Evangelium omni Creaturæ vetat, Epiſcopos paſcere oves Chriſti impedit, Chriſti Vicarium ſuo munere privat. Collige ex Judicij Theol. ſect. 4. Rat. 2. & Rat. 3. Plures etiam injuſtitias contra Deum, & Eccleſiam & Proximum admittit.

Univerſalem eſſe quis credet? cùm multi comprehendantur in hoc Inſtrumento, qui hâc Pacificatione taliter comprehendi aut ligari nec poſſunt, nec volunt: Exempla ſunt Superiorum, Inferiorum ac Mediorum, item, Utriusque Religionis Principum ac Statuum, ex ſequentibus colligenda.

Perpetuam iniri non poſſe cum Acatholicis, probat Judicium Theol. Sect.4.Rat.1.§.1.&Rat.6. Effugia præcludemus infrà.

ARTICVLVS II.

Sit utrinq; perpetua oblivio, &c.

HÆc Amniſtia ad ſopiendas exitialis & funeſtiſſimi Belli calamitates laudabilis & veteribus uſitata eſt, dummodo intra limites notionis ſuæ conſiſtat, nec ad ea, quibus cum præſenti Bello nil commune eſt, extendatur. Eam latiùs explicat Judicium Theol. Sect.1.§.4.

ARTICVLVS III.

Juxta univerſalis & illimitatæ Amniſtiæ fundamentum, &c.

1. SÆpiùs quidem ſtatuuntur Regulæ Univerſales, & illimitatæ nominetenus, quæ tamen, ubi de Catholicæ Religionis emolumento agitur, mox limitantur. Hæc mox limitabitur, dum Electori Bavariæ & Lineæ Guilielmianæ in perpetuum confirmatur cum ſuperiore Palatinatu Electoralis dignitatis Prærogativa, ad quæ, ante deſtitutionem Domini Patentis, competebat Domino Carolo Ludovico Palatino Rheni Jus ſucceſſionis. Non eſt ergò Regula illiminata, quod & infrà ampliùs patebit.

2. Quòd decernitur Reſtitutio *tam in Sacris quàm Profanis*; hanc poteſtatem Cæſaris & Statuum nullam eſſe, & incompetentem, demonſtrat Judicium Theol. Sect.4.Rat.4.

3. Parentheſis de immediatâ Imperij Nobilitate, ſæpiùs in Inſtrumento inducta, planè nova eſt & in aliis retrò receſſibus Imperij inuſitata.

4. Etſi per hanc Regulam tantùm reſtituendi veniant ii, quibus occaſione Motuum Germaniæ, Bohemiæve, aut Fœderum cum Suecia & Gallia aliquid damni illatum eſt; tamen in ſequenti Articulo nominantur Quidam reſtituendi ad ea, quæ non occaſione Belli aut Fœderum

dicto-

dictorum, ſed aliis Titulis, ipſis adempta ſunt; ut conſtat de Monaſteriis Kitzingen, Wirtembergicis, Heidenhemenſibus; Prætenſionibus Marchionis Badenſis, Comitum Oetingenſium, Iſenburgicorum, Hachenburgicorum, &c.

§. *Quòd ſi reſtituendorum Bonorum & iurium Poſſeſſores Exceptionibus ſe iuſtis munitos exiſtimaverint, &c.*

Iniquum eſt Eos, qui juſtas Exceptiones habent, Poſſeſſione ejusq; commodis ſpoliari, eorum conditionem, quæ jure melior foret, deteriorem reddi, illosq; ſumptibus ad Petitorium proſequendum neceſſariis, & Proceſſibus in æternum duraturis gravari, imò eludi.

Adde hanc Reſervationem eſſe fruſtratoriam; infra enim Artic. I. de Gravaminibus, *Omnes contradictiones & Proteſtationes* (quæ utiq; ex juſtis Exceptionibus vel maximè orirentur) *inanes & nihili declarantur.*

ARTICVLVS IV.

Vt autem ſpecialiùs conſtet quid univerſis quid ſingulis tum ante Bellum competierit, &c.

PRæter ea, quæ ſtatuuntur pro Dignitate Electorali in Domo Bavaricâ ſtabiliendâ, & Religione Catholicâ in Palatinatu inferiori ſartâ tectâ ſervandâ; reliqua magnam partem vergunt in Præjudicium & Gravamen Religionis Catholicæ, dum Proteſtantibus perpetuæ hujus Pacis vigore traduntur multa Monaſteria, Prælaturæ ac Dominia, Catholicis antehac legitimè reſtituta.

§. *Controverſia quæ vertitur inter Epiſcopos, &c.*

Meritò quidem Controverſia hæc juris Proceſſui, aut amicabili cōpoſitioni ſubjecta manet; ſed non eſt ratio, cur Aliis imbecillioribus jura eorum, non minora, auſſerantur invitis & contradicentibus.

Ibidem. *Adhæc omnia iura Presbyteralia, &c.*

Jura hæc ad Comitem modernum de Schwartzenberg pertinentia ſunt, nec poſſunt ad Amniſtiæ Regulam taliter ullâ ratione trahi; vel includi.

§. *Domus Wirtembergica reſtituatur in Dynaſtias, Blavvbevvren, &c.*

Modernus Dux Wirtembergicus poſt biennalem Tractatum, per ſolemniſſimas Reverſales in verbo Principis promiſit, Ditiones, Monaſteria & Bona hoc §. enumerata modernis Poſſeſſoribus relinquere: Nec poterit impoſterùm Paciſcentium quisquam eſſe ſecurus, ſi tam facili negotio à Pactis tam ſolemnibus reſiliatur. Quòd ſi vim & metum alleget Princeps, qui conſenſit in reſtitutionem reſpectivè & ceſſionem dictorum Bonorum; quid ni poſſint eum allegare Deſtituendi, qui in ſuam deſtitutionem reverà non conſentiunt?

§. Ditio tamen Haidenhaim penes Electorem Bavariæ remaneat, &c.

Mirum verò eſt, Electori Bavariæ relinqui Ditionem Haidenhaim, donec Dux eidem reſtituat ſummam oppignorationis, videlicet 500000. Floren. & absq; ſcrupulo illi adjudicari tot illuſtria Monaſteria, ad Imperium certo vel probabili jure ſpectantia, ſuper quibus ejus Majores transegêre, quibusq; ipſe, cùm in gratiam reciperetur, datis Reverſalibus renunciavit. Quæ enim eſt neceſſitas reſtituendi Domui Wirtembergicæ potiùs hæc Monaſteria & Dominia Eccleſiaſtica contra Pacem Religionis occupata; quàm, in gratiam Electoris Bavari, ejusdem Ditionis, quæ jure hæreditario ad dictam Domum pertinet, reſtitutionem ſuſpendere, & tantâ pecuniæ ſummâ gravare? Apertum eſt neceſſitatem in prodigendo Chriſti Patrimonio per hos Tractatus ubique ferè pro libitu fingi, & longè alia eſſe Idola, quibus litatur.

Suprà, in Palatinatu excipiuntur Monaſteria Hö dt, &c. Cùm tamen plura ſint Monaſteria in Palatinatu, iisdem, ſi non potioribus. Titulis reſtituta ſuis Ordinibus & ordinariis; ut Limburg, Spanhaim, Heilsbruck, &c. nec ratio eſt, cur ibi de his potiùs ſileatur quàm de illis. Sed per totum hoc Projectum ſimilia apparent, tam in Eccleſiaſticis quam Profanis.

§. Et quamvis Fridericus Marchio, Badenſis &c.

Peccatur & hîc contra Tranſactionem ſolemnem, & ſententiam Cæſaream.

Ibidem, & ſuprà: *Salvis Domui Auſtriacæ juribus, &c.*

Adverto hîc Actiones merè Sæculares diverſis Statibus & Intereſſatis, præcipuè potentioribus reſervari paſſim in Inſtrumento, ut

1. Hæredibus Allodialibus Electoris Bavariæ ratione meliorationum,

tionum,vel aliis ex cauſis,in caſu extinctæ Lineæ Guilielmianæ contra Palatinos ſuperſtites.

2. Domui Auſtriacæ & Wirtembergicæ in Dynaſtias, Blavvbevvren,&c.

3. Eidem Domui Auſtriacæ in Ditiones, Rôttelen, Badenweiler, &c. hîc.

4. Comitibus Naſſaw-Sarepontanis & Ducibus Lotharingiæ.

5. Auguſtanæ Confeſſionis ſubditis in Bohemiâ.

6. Intereſſatis ratione Succeſſionis Juliacenſis.

7. Civitati Erfordienſi ratione prætenſæ immedietatis. Mirari autem ſatis non poſſum, quod iis, quibus pinguius quidem Jus, ſed non pinguior eſt fortuna, omnia adeò juris beneficia præcidantur.

§. *Dux de Croy, &c.*

In ſequentibus Paragraphis examinandis tædioſum nimis eſt tempus terere: Plura autem in iis ſtatuuntur, quæ Juſtitiâ & æquitate ſalvâ admitti nequeunt; plura ſub Amniſtiæ legem violenter detorquentur; quædam adducuntur impertinenter; &, ut verbo dicam, non ſunt hæ mutationes Pacis fundamentum, ſed perpetuæ diffidentiæ, adeoq; novi Belli ſeminarium.

In §. Contractus, &c.

Exempla inducuntur, quæ cum in Facto conſiſtunt, cognitione Cauſæ opus habent, ne quis falsò queratur, Contractus, Permutationes, Transactiones, aliaq;, *vi metuq; illicite extorta eſſe.*

§. *Debita, ſive Emptionis &c.*

Hic Paragraphus, prout jacet, plurimos injuſtè lædere poteſt, ut apparet exempli gratiâ in cauſa crediti triginta duorum millium florenorum Rhenenſium Monaſterij Schônthal contra Hallam Suevorum. Et quis non videt occaſionem præberi Debitoribus, ut vel nunc, vel poſt initam Pacem aſſerant, extortam ſibi eſſe debiti ſummam, eoque nomine certis Pactis Quietantiam à Belli Officialibus impetrare poſſint?

Ibidem. *Sententia tempore Belli de rebus mere ſæcularibus pronunciata, &c.*

Quod ſuprà de reſervatione jurium quorundam, hoc de validitate nonnullarum ſententiarum hîc obſervo; nimirum, caſſari univerſaliter Sententias, Transactiones juratas, & Litispendentias ratione bonorum

Cc 3 Eccle-

Eccleſiaſticorum; at verò easdem quoad Bona merè ſæcularia paſſim in vigore ſuo conſiſtere: ut in hoc Paragrapho.

Niſi Proceſſus vitium, & defectus manifeſte pateat, vel in continenti demonſtrari poſſit, &c. & alibi: ut adeò Eccleſiaſtica nunquam non poſtponantur ſæcularibus.

§. *Tandem omnes & ſinguli, tam Belli Officiales &c.*

De Officialibus, Militibus, Conſiliariis, Miniſtris Civilibus & Eccleſiaſticis decernitur; *ſi eorum Bona, antequam in Corona Sueciæ Galliæve partes tranſierunt, confiſcatione aut alio modo amiſſa fuere, porrò quoq; amiſſa ſunto, ac modernis Poſſeſſoribus permaneanto.*

Ubi ponderandum eſt, ſicuti in his verbis cavetur Bonis Quorundam in Ditionibus Auſtriacis, ne reſtituere cogantur ejusmodi Bona, quæ Cæſaris donatione Anno 1624. jam poſſidebant; ſic multò magis Epiſcopatui Mindenſi & Oſnabrugenſi, qui eodem Anno 1624. erant in manibus Catholicorum, caveri potuiſſe ac debuiſſe, cùm à multis ſæculis Cæſarum aliorumq; Fidelium donatione & dotatione ad Eccleſiam Dei pertineant. Imò legitimus Epiſcopus & Poſſeſſor Mindenſis Epiſcopatus, nullo exiſtente legitimo Contradictore, pellitur, & Alteri, qui nullum Jus unquam in eum prætendit, conceditur Epiſcopatus: cùm tamen D. Auguſtus Saxoniæ Dux (& quibus longè diverſo tempore, minorique jure Poſſeſſor) in Magdeburgenſis Archiepiſcopatu manuteneatur ad dies vitæ.

ARTICVLVS V.

Subdividitur hic Articulus in alios viginti: Et tum iſte, tum ſequentes Articuli uſq; ad finem PROIECTI, multa graviſſima Religionis Gravamina continent. Quare ſi hæc PAX ita procedat, Proteſtantes quidem prætenſis Gravaminibus liberi erunt; Catholici contrà veris Gravaminibus in perpetuum oppreſſi tandem penitùs extinguentur.

ARTICULUS I.

Tranſactio Paſſavij inita, & Pax Religionis, in omnibus ſuis Capitulis rata habeatur, &c.

Illuſoriè decernitur ſancta & inviolabilis Pacis Religionis obſervatio; neq; eſt hæc Declaratio, ſed illius quoad ſubſtantiam everſio; quæ in

eo ſita

eo ſita erat, ut Proteſtantes Bonis Eccleſiaſticis mediatis ante Tractatum Paſſavienſem occupatis contenti, ſi quæ immediatè ad Imperium ſpectantia occupaſſent, reſtituerent, & deinceps ab omni invaſione Bonorum & jurium Eccleſiaſticorum abſtinerent; ſi quæ verò ulteriùs raperent, ea Catholicis viâ Juris, Cæſarisq; & Statuum auxilio repeteret. Qua eâdem ratione Proteſtantibus de Bonis Eccleſiaſticis ante Tractatum Paſſavienſem occupatis cautum erat, ne videlicet illorum Poſſeſſionem Catholici turbarent.

Hic adverte, hanc poſitionem ſeu Legem de obſervandis inviolabiliter Tractatu Paſſavienſi & Pace Religionis nunquam fuiſſe controverſam; ſed, velut Pacis inter utriusque Religionis Status fundamentum, à Catholicis ita Religioſè obſervatum eſſe, ut ne Pagum quidem ante Tractatum Paſſavienſem occupatum, qui ad Bona Eccleſiaſtica mediata pertineret, occuparint: Proteſtantes contra ab eo tempore, & poſt Pacem Religionis, viginti ferè Epiſcopatus, aliasque Prælaturas immediatas, Monaſteria verò mediata absque numero Catholicis eripuerunt. Quæ partim viâ Juris, partim, hâc nihil proficiente, (cùm Cauſæ æquitas juxta Pacis Religionis tenorem eſſet notoria), Cæſareis armis fuêre legitimis Dominis reſtituta aut reſtituenda, quædam etiam pluribus Annis poſſeſſa.

Hunc Pacis Religionis (quantumvis aliàs iniquæ) nervum, quo Eccleſiaſtici in Imperio ſe unicè ſuſtinebant, P A X nova uno ictu incidit, dum in ſequentibus, omnia poſt Tractatum Paſſavienſem occupata, & partim à Catholicis recuperata (nullo alio quàm ſpolij commiſſi Titulo) Proteſtantibus reddenda ac in perpetuum relinquenda decernit. Ut adeò omne Præſidium, quod in pace Religionis Catholici habebant repoſitum, in perpetuum ſit ereptum; Proteſtantibus verò apertum ſit oſtium alia quoque invadendi, &, cùm id fecerint, extorquendi novæ itidem pacis extenſionem ad nova ſpolia retinenda; in cæteris ſcilicet eâdem pace ſanctè & religioſè obſervandâ. Hæc Fabula luditur ô boni Catholici!

Ibidem. *Donec de Religione convenerit, &c.*

De hac Clauſula inferiùs plura.

Ibidem. *Non attenta cuiusvis ſeu Eccleſiaſtici, ſeu Politici interpoſita contradictione, &c.*

Inanis.

Inanis & nihili eſt hæc Declaratio: juſta enim exceptio, juſtam & validam includit aut parit cōtradictionem & Proteſtationem. Si ergò juſtis Exceptionibus Articulo 4. reſervatur ſaltē Petitorium; igitur non rectè, nec conſequenter hîc univerſim omnes contradictiones & Proteſtationes inanes & nihili declarantur. Deinde non minùs juſta Proteſtatio nititur jure naturali, imò etiam Divino in Cauſa Religionis, quàm juſta Exceptio, Neutri igitur valorem ſuum detrahere poſſunt Cæſar & Imperij Status. Deniq; in omni transactione & obligatione, ſalvum manet Jus legitimi Superioris (quantumvis Tranſigentes aut Paciſcentes illi derogatum velint) Ergò etiam in hac Pacificatione ſalvum manet Jus Summī Pontificis, quem Catholici Summum Eccleſiæ Caput agnoſcunt; item, Epiſcoporum, aliorumq; Eccleſiaſticorum (qui partim Jure Diœceſano ſunt Paciſcentium Superiores: omnes verò, in quantum Eccleſiaſtici, à temporali Poteſtate exempti) adeoq; Jus ſuum, & Eccleſiæ, optimo quo poſſunt modo, ſaltem proteſtando validè conſervant.

Ibidem. *In reliquis omnibus autem inter utriusq; Religionis Status omnes & ſingulos ſit Æqualitas exacta, mutuaq;, &c.*

Ludificatoria eſt hæc *in reliquis omnibus* exactæ Æqualitatis promiſſio: tum, quia hæc ipſa in ſequentibus ſæpiùs violatur in gravamen Catholicorum, ut patebit; tum quia, poſtquam tot Epiſcopatuum & Dominiorum Eccleſiaſticorum acceſſione ad alias Ditiones ſuas, & pleraſq; Civitates Imperiales, Proteſtantes in perpetuum acquirunt duas ferè Imperij Germanici partes; maxima utique eſt inæqualitas inter illos & Catholicos, quibus tertia ſolùm pars relinquitur: & quidquid præterea detrahitur, non ad æqualitatem, ſed majorem pertinet inæqualitatem. Cujus hæc ſunt præcipuè capita:

1. Proteſtantes, uti dictum, obtinent duas ferè tertias Imperij Germanici partes, Catholici unam: quibus ſi potiùs æquales quàm ſuperiores eſſe vellent, alteram tertiam cum illis dividere deberent.

2. Eccleſiæ & Eccleſiaſticis auferuntur Bona Eccleſiaſtica legitimè recuperata & poſſeſſa, redduntur autem Proteſtantibus non alio Titulo, quàm quia fuerunt ſpoliatores.

3. Proteſtantibus in perpetuum conceditur Jus & Actio ad retinenda in perpetuum Religionis & Eccleſiæ Catholicæ ſpolia, quæ nullo illis Jure debentur: Catholicis contrà negatur & in perpetuum aufertur

Jus

Jus poſſidendi, agendi, proteſtandi, quod omni Jure habent, & in perpetuum habebunt.

4. Terminus à quo Reſtitutionis præfigitur 1. Januarij 1624. quo Catholici paucula Bona Eccleſiaſtica recuperârant, Proteſtantes autem obtinebant pleraq; ; eoq; ipſo graviſſimè violatur promiſſa *exacta Æqualitas.* Quæ ſi cordi eſſet, retinendus erat Terminus in Pace Pragenſi præfixus, videlicet 1. Novembris 1627. vel alius eligendus, non ſolis Catholicis iniquus.

5. Ab hoc ipſo termino 1. Januarij 1624. in gravamen Catholicorum, & favorem Proteſtantium ſæpiùs liberè receditur, ut patebit.

6. Denique contra tenorem Pacis Religionis quæſitis & prætenſis gravaminibus univerſim (niſi id gravamen etiam eſt, quod ulli Catholici ſuperſunt) Proteſtantes liberantur: Catholici contra (eâdem P.co, quoad reſtitutionem Bonorum Eccleſiaſticorum ſibi poſtea ereptorum, abrogatâ) veris multiplicibusq; Gravaminibus oppreſſi, ſpem liberationis in perpetuum deponere jubentur, ut initiò hujus Artic. dictum eſt. Hæc ſcilicet eſt exacta illa, non Æqualitas, ſed inæqualitas, tam ſpecioſè promiſſa.

ARTICULUS II.

§. *Terminus à quo reſtitutionis in Eccleſiaſticis, & quæ intuitu eorum in Politicis, &c.*

Jam diximus hunc Terminum non obſervari undiquaque; Exemplo ſint dicti Epiſcopatus Oſnabrugenſis & Mindenſis. En & alia ſpecimina:

Ibidem §. *Civitas Auguſta Vindelicorum, Dinckelſpila, &c.* Dignitatum Senatoriarum, aliorumq; munerum publicorum, Auguſtæ præſertim, æqualitas & par numerus non erat 1. Jan. 1624. neq; antehac, poſt reſtitutam in eâ Urbe à Carolo V. Catholicam Religionem, unquam ibi fuit: Quæ ergò cauſa eſt recedendi à Regula generali, niſi immodicus favor Proteſtantium?

Ibidem §. *Quod ad Civitatem Donavvèrdam attinet, &c.*

Alter hic receſſus eſſe poteſt à Regula generali in favorem Proteſtantium, ſi non præcaveatur; Libertas enim, in quam reſtitui hæc Civitas ſperat, eſt de Politicis ſolùm intelligenda, cùm ibidem Anno 1624. 1. Jan. viguerit Catholica tantùm Religio.

Ibidem §. *Terminus autem Anni 1624. nullum præjudicium creare &c.*

Igitur nec hic in conſiderationem venit Annus 24. quò minùs ex capite Amniſtiæ reſtituatur quis in ea; quæ non poſſedit Anno iſto.

ARTICULUS III.

Bona Eccleſiaſtica immediata, &c. ſeu Catholici, ſeu Auguſtanæ Confeſſionis Status 1. *Ian.* 1624. *ea poſſederint, in perpetuum tranquille & imperturbate iidem poſſideant, &c.*

Iniquitatem Termini à quo explicavimus: Adverſus quem cùm decernunt, *neutri Parti licere alteri, ſed in judicio, ſeu extra, negotium faceſſere, &c.*

Eſt uſurpatio Poteſtatis non competentis reſpectu Jurium & Bonorum Eccleſiaſticorum, uti demonſtrat Judicium Theologicum Sect. 4. Rat. 4. Perpetuitati immorabimur aliquantulum; neq; enim hæc alia eſt, quàm *quocunq; modo abſoluta & incõditionata*, qualis Proteſtantibus promittitur in Pace Religionis; & illicita oſtenditur in dicto Judicio eadem Sect. 4. Rat. 1. §. 1. per totum. Cùm enim hæc eadem Pax, Artic. 5. *in omnibus Capitulis*, quæ hic non aliter declarantur nec immutantur, ampliſſimè confirmetur; clarum eſt, *abſolutam & incondition atam perpetuitatem* Pacis veteris confirmari, & ad novam extendi. Sed diluamus Effugia Patronorum hujus Perpetuitatis.

EFFVGIVM PRIMVM.

Omnes Ditiones Eccleſiaſticas, de quibus agitur, fuiſſe antehac in manibus Proteſtantium, & pauciſſimos è ſubditis ad Orthodoxam Religionem tranſiiſſe; nihil itaq; decedere Catholicis, ſi Proteſtantibus reſtituantur aut relinquantur in perpetuum.

Reſpondetur 1. Dictas Ditiones à multis Sæculis, Tituli primævæ Fundationis, fuiſſe penes Catholicos, priusquam iisdem, excitato Religionis diſſidio Proteſtantibus fuêre ablatæ. Non à tempore juſtæ reſtitutionis, ſed injuſtæ deſtitutionis menſurandum eſt damnum Religionis Catholicæ in Germania, cujus reſarciendi ſpem in perpetuum hæc Pax præſcindit.

Exercitium Catholicum multis locis introductum, hac novâ Pace aboleri; ſubditos jam converſos, etſi paucos, in præſens Perverſionis periculum conjici; reliquis Converſionem in perpetuum intercludi, tametſi

vel nunc

vel nunc diſpoſitis & ad Fidem amplectendam paratis, ſi de Principibus ac Prælatis Catholicis eſſent ſecuri; adeoq; etiam nunc Religioni Catholicæ plurimùm decedere.

3. Ipſum Jus, quod Eccleſia Catholica tot ſæculis in tot Ditiones ac populos obtinuit, quoq; ſtante, in eas Germaniæ partes aliquando reduci poterat, maximi eſſe momenti; adeoque dum illud in perpetuum (quantùm eſt in conatu Paciſcentium) abolctur, plurimùm Religionis & Eccleſiæ Orthodoxæ derogari, &c.

EFFVGIVM SECVNDVM.

Ex duobus malis minus eligendum; minus autem malum eſſe, ſi hæc omnia Hæreticis Pacis causâ, etiam in perpetuum concedantur, quàm ſi, quæ Catholicis reliqua ſunt, & ipſa Proteſtantibus in ſpolium cedant, ac Religio Catholica funditùs in Germania intereat; quod futurum eſt, ſi immoderatis Eccleſiaſticorum Poſtulatis, aliiſq; obſequamur, qui infelicis hujus Belli, & tot Calamitatum fuêre Authores.

Reſpondetur 1. Neq; univerſi Mundi lucrum licitum eſſe, ſi peccato quæri debeat. Ex duobus malis minus eligenduum eſt, ſi, quod minus apparet, ſine peccato fieri queat. Cùm peccatum intervenit, reſpectu peccantis præſtaret totum mundum interire, quàm Deum ab illo offendi: Hoc lumen Naturæ & Fidei docet. Non diſputamus de neceſſitate & periculo; de qualitate Mediorum in hoc pacis Inſtrumento propoſitorum lis eſt, licitáne ſint, an illicita? illud opinantur Politici & Theologi heſterni ac hodierni, iſtud SS. Patres, Summi Pontifices, & Doctores veteres verbis docuerunt, exemplis cõfirmârunt. Accedunt rationum firmamenta, quæ repetenda ſunt ex Judicio Theologico.

2. Falſum eſt, aut valdè dubium, Catholicos Reliqua tam iniquæ & probroſæ pacis interventu conſervaturos.

1. Enim provocabunt graviorem Dei vindictam cooperando Hæreſi, injuriis Creatoris, perditioni Animarum, uſurpando Poteſtatem incompetentem, violando jusjurandũ, &c. uti demonſtrat Judicium Theol. Rat. 1.2.3.4.5.

2. Valdè imminuunt ipſi vires ſuas ceſſiones tot Dominiorum Eccleſiaſticorum, eorumq; abdicatione in perpetuum, ut minùs deinceps reſiſtere poſſint Hæreticis, quos auxerunt de ſuo.

3. Monſtrant iisdem modum reliqua occupandi, ut nimirum plura identidem rapiant, idq; perſeverent facere donec Catholicis nihil ſuperſit, ut ſuprà dictum.

 4. Au-

4. Autonomia,aliaq; his Articulis comprehenſa,viam ſternunt latam ſeductioni Catholicorum, illorum præſertim, qui ſunt infirmiores, aut vitæ laxioris.

5. Multò certiùs eſt, Deum Catholicis, ſi magnâ fiduciâ Hoſtibus veræ Fidei ſe opponant, & vitia Militiæ, diſtortas intentiones, aliaq; notoria corrigant,auxilio futurum. Multa Catholicorum millia ſuperſunt in Germania, qui militabunt in tam juſtâ & piâ imò neceſſariâ Causâ, parati potiùs omnes Belli calamitates, ipſamq; mortem perferre, quàm ut velint Pacem hanc confici.

III. Calumnia de immoderatis Poſtulatis, & Belli Authoribus, eſt Catholicis indigna. Neq; Turcæ, neq; Hæretici infelices Bellorum ſucceſſus referunt in Sectam ſuam,aut ejus Myſtas & Miniſtos; ſed in Peccata, aut quasvis alias cauſas. Si verum quærimus: Qui priores Catholicis Bona Eccleſiaſtica contra Pacem Religionis eripuêre, ij Belli hujus ſunt Authores. Non eſt Author litis, qui ſua repetit, ſed qui alienà rapit; nec, qui injuriam patitur, ſed qui infert. In veras infelicium ſucceſſuum Cauſas digitum intendit Conſilium Theol. ſect.5.ad q.§.4.

EFFVGIVM TERTIVM.

Pax hæc non eſt prorſus perpetua, ſed cum limitatione hîc adjectâ. *Donec per Dei gratiam de Religione ipſa convenerit*; vel, ut habet Articulus 9.

Donec Controverſiæ Religionis amicabili Partium compoſitione univerſali definientur: quibus,ſimilibusq; verbis Perpetuitas hujus Pacis ſæpiùs limitatur. Non eſt ergò certa & abſoluta Perpetuitas, ſed ambigua, & pendens ab eventu ambiguo finalis compoſitionis, & fortè ſpontaneæ converſionis.

Reſpondetur 1. Eandem,ut ſuprà diximus,eſſe Perpetuitatem Pacis hujus novæ,quæ promiſſa olim fuit Proteſtantibus in Pace Religionis, ut in eâdem habetur clauſula: ***usq; ad finalem Religionis cõpoſitionem.***

Sed mox additur: ***Atque ita dicto jam modo, & aliàs undequaque conſtans, abſoluta, ſive inconditionata, & perpetua Pax conſtituta & decreta ſit, ac maneat.***

Quibus verbis,in eventum non ſuccedentis Compoſitionis amicabilis, manifeſtè hâc, & quacunq; aliâ conditione exclusâ, ***Pax abſolute & incon-***

inconditionate perpetua ſancitur: ſi.n.ulla cōditio inſit;ergò falſum eſt, *dictâ jam modo* (Compoſitionis amicabilis) *& NB alias undequaque Pacem abſolutam & inconditionatam* (quæ vox poſtrema directè omnem conditionem excludit) *conſtitutam & decretam eſſe.*

2. Hinc ſequi,quòd pendeat quidam Conditio Amicabilis Compoſitionis, aut ſpontaneæ converſionis, ab incerto & ambiguo eventu; Pax autem & Transactio ipſa, cùm Compoſitio Amicabilis poſſit non ſequi,ſeclusâ hac & quavis aliâ conditione,non pendet ab ullo eventu,ſed undequaq; abſolutam & inconditionatam libertatem Proteſtantibus,unà cum Dominio Jurium & Bonorum Eccleſiaſticorum, in omnem perpetuitatem ſpondet.

3. Unde ulteriùs infertur, excludi Circumſtantias quoq; excuſantes,Majores,inquam,Periculi aut mali: quibus poſitis, & non aliter, Hæreſi permitti ac promitti Libertas poteſt: Ceſſante enim neceſſitate ac majori periculo,Jure Divino & Naturali tenentur Principes ac Magiſtratus Hæreſin ac Hæreticos punire & coërcere, perinde, ut alia nomina, imò magis uti probat Judicium Theolog. Sect. 3. num. 4. & Sect. 4. Rat.1.§.1.

4. Quare certum eſt,ex mente Proteſtantium(qui Compoſitioni amicabili,& circumſtantiarum mutabilitati jam olim diffiſi, & Sectæ ſuæ in perpetuum abſolutè cautum volentes, *Clauſulam Pacis undequaque abſolutam, inconditionatam & perpetuam* à Ferdinando I. extorſerunt,hodieq; confirmatam volunt) Conditiones omnes, adeoque etiam excuſantes,non minùs vigore Novæ hujus, quàm veteris Pacis Religionis excludi: alioqui enim Pax undequaque abſoluta & inconditionata,uti Proteſtantes deſiderant,non foret.

5. Ex quibus deniq; conficitur, Clauſulam; *Donec per Dei gratiam de Religione convenerit,* & ſimiles, eſſe fruſtratorias: tum quia non ſolùm *hoc modo,* ſed etiam *aliàs undequaq; Pax abſoluta,inconditionata & perpetua* conſtituitur: tum, quia ejusmodi Compoſitionem eſſe deſperatam hinc apparet,quod poſt Colloquium Anno 1546. Wormatiæ celebratum (id eſt à Centum Annis & ultra) nihil ampliùs hac in re publicè tentatum eſt: tum deniq;,quia in his Articulis de mediis Compoſitionis ejusmodi nihil ſtatuitur vel promittitur, quod vel maximè fieret,ſi ea Clauſula ſeria foret.

6. Sed quæro qua ratione intelligenda ſit hæc Clauſula. *Donec de Religione convenerit, &c.* An ita, ut ex Catholica, Lutherana & Calviniſtica una tandem conſletur? Atqui hoc modo impoſſibilis eſt conditio: nec enim Catholici vel unicum ejurare poſſunt Fidei Articulũ, quin mox fiant Hæretici: nec hi in gremium Eccleſiæ Catholicæ recipi poterunt, niſi omnes circà Fidem errores & ſingulos abiurârint. An hoc modo, donec una tantùm Religio in Imperio ſuperſit? Verùm hac ratione eſt Conditio plane inutilis: Nam ſi vel ſola Catholica, vel ſola Lutherana, aut alia ſola Religio vigeat in Imperio, tunc ex ipſis iſtius Religionis principiis ſatis ſuperq; inferri poterit, qui cum Bonis Eccleſiaſticis agi impoſterum debeat, nec ſuper iisdem porrò erit controverſia.

Quibus ita conſtitutis inſtauramus, invictum Argumentum adverſus Pacis propoſitæ *undequaq; abſolutam & incondiuionatam Perpetuitatem*, quod ſuggerit Judicium Theologicum locis citatis.

Pax quæ Hæreticis undequaq; abſolutam, inconditionatam & perpetuam (adeóq; etiam excluſis Circumſtantiis excuſantibus) ſpondet Religionis libertatem, una cum Dominio Jurium & Bonorum Eccleſiaſticorum; repugnat Juri Divino & naturali. Pax quæ Projecto Inſtrumenti à Plenipotentiariis Cæſareis menſe Junio Anno 1647. exhibito continetur, Hæreticis undequaq; abſolutam, inconditionatam & perpetuam (adeoq; etiam excluſis Circumſtantiis excuſantibus) ſpondet Religionis libertatem, unà cum Dominio Jurium & Bonorum Eccleſiaſticorum. Repugnat ergò Juri Divino & naturali.

Major evidens eſt, ubi enim nullæ ſunt Circumſtantiæ excuſantes, Sceleribus libertas permitti aut promitti ſine ſcelere non poteſt. Quod Lege Divina & naturali fixum eſſe nemo rectæ rationis & Fidei compos negat. Minor itidem evidens eſt ex verbis pacis Religionis hic confirmatæ & mente Proteſtantium, ut oſtenſum eſt. Sequitur igitur in bonâ formâ Concluſio irrefragabilis.

Hinc Nodum plùs quàm Gordium, ſi Theologi ac Politici aliter ſentientes, non per Pythagoricum αὐτὸς ἔφα ruperint, nec Enſe Alexandri Magni eluſerint, ſed legitimè diſſoluerint, pacificæ perpetuitati omnes Boni annuent & gratulabundi applaudent. Qui interim (dum id fiet) credent nullius neceſſitatis obtentu violari poſſe Jus Divinum & naturale, cui pacis hujus perpetuitatem adverſari, eaq; pleroſq; Articulos (quantumvis aliàs ad tempus excuſabiles) veluti malitiâ quadam tranſcendentali infici ex dictis manifeſtum eſt.

Eodem

§. Si igitur Catholicus, aut Auguſtanæ Confeſſionis Archiepiſcopus, Epiſcopus, Prælatus, &c. aut etiam alij Religioſi Religionem mutarint, excidant ſtatim ſuo jure: honore tamen famaq; illibatis: & alia Perſona eius Religionis, ad quam Beneficium iſtud vigore huius Transactionis pertinet, eligatur, &c.

Nunc deniq; in Reſervatum Eccleſiaſticorum, tot machinis à tempore Pacis Religionis pertinaciſſimè oppugnatum, Proteſtantes lubentes meritò conſentiunt; quia magno cum lucro illud etiam ex ſua parte ſtabiliunt: Impoſterum enim, ſi quis Proteſtantium in Archiepiſcopum, Epiſcopum, Prælatum, &c. (eorum Epiſcopatuum & Prælaturarum, &c. quæ hunc perpetuo jure illis transcribuntur) electus, volet tranſire ad Catholicos, poterit id quidem ſalvo honore: ſed perinde uti apud Catholicos, Epiſcopatu, Prælatura, Beneficio cedere debebit, nec fas erit Ditionem ad Eccleſiam Orthodoxam reducere.

Quod antehac non ſtatutum, nunc in Gravamen Catholicæ Religionis (ut intra arctos limites ſe continere cogatur) introducitur. Æqualitas verò, quæ hîc inter utramque Religionem ſtatui videtur, eſt ſumma inæqualitas, poſtquam perpetuâ tot Epiſcopatuum ac Prælaturarum, &c. abdicatione, Confeſſio Auguſtana in duabus tertiis Romani Imperij ſtabilitur, uti ſuprà notatum, & in ſimilibus præ oculis ſemper habendum eſt.

Adverte hîc etiam expreſſè Religioſis (quorum in Pace Religionis antiquâ nulla mentio eſt) Religionem mutandi, id eſt, Apoſtaſiæ liberam poteſtatem fieri, idq; *honore & fama illibatis*: quæ magna eſt ſeductionis illecebra, & in perditionem Animarum vergit manifeſtè. Vide Judicium Theologicum Sect.4. Rat.1. §.2. nu.2. & Rat.3. nu.4.

Ibidem. *Si verò Status, ſeu Catholici, ſeu Auguſtanæ Confeſſionis, &c. à Die 1. Ianuarij 1624. quocunq; modo Epiſcopatibus, Prælaturis, &c. exciderint, omnibus novationibus abolitis reſtituantur, &c.*

Rurſus credes hic induci æqualitatem: ſed cum eo die & Anno Proteſtantes etiamnum pleraque, Catholici contra paucula poſſederint: adverte inæqualitatis iniquitatem ſuprà obſervatam.

Deinde

Deinde vigore hujus Articuli, expellendi erunt, authoritate Cæſaris, Catholici Poſſeſſores ab eo tempore legitimè reſtituti, qui, cùm ratione officij & obligationis Poſſeſſionem ultrò & ſponte non poſſint deſerere, vi cogendi erunt; Quod fieri non poterit ſine actione criminoſâ & ſacrilegâ, uti oſtendit Judicium Theol. Sect. 4. Rat. 1. §. 1. ſub finem, & Rat. 3. ibidem ſub finem.

Ubi advertit, *ante Pacem Pragenſem inauditum fuiſſe in Imperio, ut Catholici legitime reſtituti, denuò poſſeſſione & jure ſuo ſpoliarentur;* quod novæ Pacis vigore nunc fiet in perpetuum, absq; ſpe ſpolij recuperandi, quam Pax Pragenſis ad certos duntaxat Annos ſuſpenderat.

ARTIC. IV. V. VI. VII. VIII.

Quæ hîc univerſim de Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, Prælaturis aliisq; Bonis Eccleſiaſticis, ſive immediatis, ſive mediatis, in perpetuum Confeſſioni Auguſtanæ tranſcriptis, vel de iis, ubi Catholici Proteſtantibus ſunt permixti, decernuntur; omnia defectu Poteſtatis (quæ in talia, nec Cæſari nec Statibus competit) laborant, uti oſtendit Conſilium Theol. Rat. 4. Ac præterea ſpecie cujusdam æquitatis & æqualitatis fallunt, ſuppoſitâ inæqualitate per abdicationem tot Ditionum Eccleſiaſticarum inter Catholicos & Proteſtantes introductâ; quod iterum iterumq; præ oculis habendum eſt.

Circumſcribitur Imperatori Jus Primariarum precum; Pontifici Jus Annatarum, Pallij, Confirmationis, Menſium Papalium, & Collationis Dignitatum principalium in nonnullis Eccleſiis, ab iis, quibus nulla ſuper his eſt poteſtas: Auguſtanæ Confeſſioni addictis Titulus Eccleſiaſticus tribuitur absq; confirmatione, aut Pallio Papæ; evocantur ad Comitia; permittuntur iis Seſſiones & vota: Approbatur mixtura Beneficiatorum diverſæ Religionis; Catholicis Canonicis Exercitium ſuæ Religionis impeditur; iidem contra conſcientiam eligere adverſariæ Religionis Aſſeclam Prælatum jubentur: Pro everſâ Germaniâ Suecis, aliisq; Acatholicis Beneficia Eccleſiaſtica in recompenſam penduntur; & alia deniq; his Articulis ſtatuuntur tam paradoxa, ut vel ex his ſolis de impietate & iniquitate Pacis hujus formari judicium luculenter poſſit.

Item ARTIC. VIII.

Bona Eccleſiaſtica, quæ in ſatisfactionem Sueciæ, & recompenſationem

tionem Fœderatorum cedunt; ex præcedentibus aut ſequentibus Præiudicium nullum ſentiant, &c.

Nihil ergò eiuſmodi Bonis Eccleſiaſticis patrocinari poteſt *Compoſitio amicabilis Controverſiarum Religionis*, ſi aliquando ea inter alios Status Imperii ſucceſſum haberet; nihil Regula de 1. Ian. 1624. etſi enim Catholici aliqua Dominia Eccleſiaſtica Regno Sueciæ aſſignata eo tempore poſſederint, cogentur tamen illis cedere, ne Præiudicium aliquod ex hac Tranſactione id Regnum ſentiat.

ARTIC. IX.

Totus hic Articulus æquè eſt iniquus ac præcedentes, nec eſt in poteſtate Paciſcentium, *ea, quæ Deo dicata ſunt, ad uſus profanos transferre*, ut conſtat ex Iudicio Theol. locis allegatis. Ad iniquitatem præcedentium Articulorum accedit, quòd eliminandi Eccleſiaſtici omnia Documenta ſua reſtituere cogantur, ut in æternum deinde Eccleſiarum jura præſentandi, confirmandi, viſitandi, inſpectionis, corrigendi, ex iure devoluto procedendi, &c. in Monaſteriis Catholicorum.

Ibidem §. *Quod ad oppignorationes attinet, &c. illæ Civitati Lindavv, nec non VVeiſſenburgo in N ricis, reddita ſorte oppignorationis, illicò & plenariè reſtituantur, &c.*

Oppignorationem Advocatiæ Abbatiæ & Eccleſiæ Nobilium Canoniſſarum Lindavii, à Cæſare Sigiſmundo Lindauienſes ſub- & obreptitiè olim obtinuerunt: adeóque cùm nullitatis vitio laboret (ut in Manifeſto nuper edito ex parte Illuſtriſſimæ Dominæ Abbatiſſæ inter alia demonſtratur) non illicò ea reſtitui debet Lindauienſibus; ſed illi potiùs, causâ cognitâ, repellendi ſunt. Neque enim Capitulatio Cæſarea patrocinatur illis oppignorationibus, quæ ſub- & obreptitiæ, ipſoque jure nullæ ſunt: ſuffragante præſertim Articulo XV. infrà; ubi Auguſtanæ Confeſſionis Statibus ſolùm addicuntur.

Iura Advocatiæ & ſimilia, &c. quæ legitimo uſu aut conſuetudine habuerunt in Bonis Eccleſiaſticorum.

Ibidem. *Domino directo in mutuis Statuum oppignorationibus liberum quidem eſt in Terras oppignoratas, ad ſe reuerſas, Religionis ſuæ Exercitium publicæ introducere; ſubditi tamen, quam ſub*

Ee *priore*

priore Poſſeſſore amplexi fuerant Religionem eiuſque Exercitium deſerere non cogantur, &c.

Derogatur hic Regulæ Territoriali in gravamen Religionis Catholicæ; cui quia Terras oppignoratas ſub directis Dominis fuiſſe addictas, & rurſus, ſi ad eos revertantur, eſſe addicandas advertunt Proteſtantes; ideò ſuæ Religionis, quam in eiuſmodi Terras nullo iure introduxerunt, conſervationi voluerunt conſultum.

ARTIC. X. & XI.

Regula Territoriali, in concernentibus Religionem, pari iure cum Principibus & Comitibus gaudeant Nobiles Liberi & immediati, nec non Vrbes liberæ Imperii, &c.

Hoc, in Pace Religionis olim neutiquam expreſſum, ſtatuitur itidem in Præiudicium Religionis Catholicæ, quam in Dominiis & Territoriis ſuis penitùs extinguendi, Nobilitas Libera, & Vrbes Imperii, poteſtatem hîc confirmatam poſthac multò uſurpabunt ſpecioſiùs & immoderatiùs; cùm præſertim decernatur, ut, *ubi* 1. *Ian. 1624. Præter Auguſtanæ Confeſſionis Exercitium nullum aliud à Magiſtratu & Civibus introductum fuit, dictæ Civitates Ius reformandi integrum habeant; non attento, quòd aliqui Cives Catholici ibi commorentur, vel in aliquibus Eccleſiis Collegiatis, aut Monaſteriis (deinceps in Statu* 1. *Ian.* 1624. *unà cum prædictis Civibus relinquendis) Exercitium Catholicæ Religionis ibidem vigeat.*

Etſi enim aliquatenus videatur cautum Catholicæ Religioni; eripitur tamen eidem, & Catholicis Civibus (qui hucuſq; tolerati non fuiſſent, niſi tẽpore Pacis Religionis in eiuſmodi Civitatibus viguiſſet utraq; Religio) Ius Catholicum Exercitium, iuxta Pacem Religionis veterem, reducendi in eundem Statum, in quo erat cùm ea Pax conderetur. Vbi adverte, Potentiam Proteſtantium, non ſolùm tot Epiſcopatuum, Prælaturarum, &c. & Ditionum eò ſpectantium, verùm etiam plurimarum Vrbium (quæ, iuxta dictam Religionis Pacem, ex æquo Catholici Iuris eſſe deberent) integrâ acceſſione, ſuprà æqualitatis proportionem nimium quantum excreſcere, & in perpetuum nunc confirmari, cùm Catholicis vix duæ treſve Civitates Imperiales ex integro, paucula ex aliquâ parte remaneant; uti ſuprà quoque obſervatum & identidem recolendum eſt.

ARTIC.

ARTIC. XII.

Nulli Statui immediato Ius, quod ipſi ratione Territorii & Superioritatis in negotio Religionis (iuxta communem per totum Imperium hactenus uſitatam Praxin) competit, impediri oportet, &c.

Hæc Regula (quam iniquam & illicitam eſſe patet ex Iudicio Theol. ſect. 4. Rat. 1. §. 2. num. 2. & Rat. 3. ferè per totum) non ipsâ Religionis Pace, ſed uſurpatâ Praxi nitens, ſpecioſè & ampliſſimè hîc confirmatur in favorem Proteſtantium: In gravamen autem Catholicorum paulò ante Artic. 9. ipſi derogatum fuit, & mox ampliùs derogabitur: ut pateat exactam æqualitatem ſeriò antè promiſſam non fuiſſe.

§. Hoc tamen obſtante, Statuum Catholicorum Vaſalli & ſubditi qui Anno 1624. quacunque Anni parte, quocunque modo Exercitium Confeſſionis Auguſtanæ habuerunt, retineant id impoſterum cum omnibus annexis & poſſeſſis; & quocunque modo Deſtituti plenariè reſtituantur. Idem obſervetur ratione Catholicorum ſubditorum in Ditionibus Proteſtantium: annihilatis omnibus contrariis, etiam Tranſactione Hildeſienſi Anno 1634.

Derogatur hîc Regulæ Territoriali proximè confirmatæ (ut appareat cum Catholicis non tranſigi, ſed ludi) in grave Præiudicium Religionis Catholicæ & Catholicorum Statuum, qui perpetuò tolerare cogentur eiuſmodi ſubditos Acatholicos. Præterea derogatur denuò Regulæ Terminali, de 1. Ian. 1624. dum conceſſio hæc facta ſubditis Acatholicis (quæ Calendis eiuſdem Anni contineri deberet) extenditur ad quamcunque anni partem, quâ ſuæ Religionis Exercitium habuêre, etſi ipſis Calendis non habuerint. Quales ſubditi Acatholici cùm ſint plurimi in Suevia, Franconiâ; Ditione Fuldenſi, Corueienſi, & Eichsfeldenſi; Epiſcopatu Hildeſienſi, &c. Catholici autem tales in Ditionibus Proteſtantium propê nulli; apertum eſt gravari denuò Catholicos, & non niſi illuſoriam æqualitatem cæcutientium oculis obiici. Denique derogatur quibuſvis contrariis Tranſactionibus, etiam recentiſſimis, & nominatim Hildeſienſi de Anno 1643. inter Epiſcopum, & Duces Brunſuicenſes ac Lunæburgenſes; ut Catholici intelligant, hac Pace ſtante, Proteſtantibus liberum eſſe ac fore, non minùs nova,

quàm vetera Pacta & Conventa reſcindere; ſive, quod idem eſt, fidem nullam ſervare.

§. Illi vero Catholicorum ſubditi Confeſsionis Auguſtanæ, aut huic addictorum Statuum Catholici, qui Anno 1644. nulla eius parte, Exercitium ſuæ Religionis habuerunt; tempore tamen publicatæ præſentis Pacificationis in horum aut illorum Statuum immediatorum Ditionibus habitare deprehendentur, aut Belli cauſa alio commigrarunt, tolerentur; neque cogantur emigrare, ſi autem ſponte velint, non impediantur, &c.

Conſideranti patebit eiuſmodi ſubditos Acatholicos plurimos eſſe in Terris Catholicorum, pauculos autem Catholicos in Ditionibus Proteſtantium. Cedit ergò hoc quoque in favorem ipſorum, dum in gravamen Catholicorum rursùs receditur à Regula Terminali, & illi quoque, qui non ſolùm Calendis Ianuarii, ſed toto Anno 1624. Exercitium Religionis ſuæ habuêre nullum tolerari iubentur.

§. Illi denique Statuum Immediatorum ſubditi, qui poſt Pacem hanc publicatam, deinceps futuro tempore, diverſam à ſuo Superiore Religionem amplectentur: iuſſu quidem Magiſtratus, præfixo decennali termino, & ſi commodè illum obſervare non poſſint, aut negligant, in quinquennium prorogato, tum demùm emigrare teneantur; non magis tamen gravandi, quàm ſi ſponte emigraſſent, &c.

Huc denique res erumpit, in univerſalem ſcilicet, & exitialem Religioni Catholicæ, Autonomiam ſiue libertatem. Cui ne putes terminum decem aut quindecim Annorum præfigi: perpetua libertas conceditur pereundi. Et in perpetuum quibuſvis Apoſtatis decem imò quindecim Anni conceduntur, quibus tolerari debeant inter Catholicos, cum præſenti contagionis & turbarum periculo, iiſque Annis finitis impunè dimitti: Aut poſtquam per annum unum alterumve Catholicam Religionem ſimulaverint, denuò per annos quindecim Lutheranam amplecti licenter poſſint, ac tolerari debeant. Qualem libertatem repugnare Iuri Divino & naturali demonſtrat Iudic. Theol. ſect. 4. Rat. 2. num. 2. & Rat. 3. num. 1. & 2. Imò, nemine loquente, recta ratio & bona Conſcientia clamat. Vbi pondera, quod Iudicium Theologicum ſequi notat:

Catho-

Catholicam Religionem non eſſe amplius in Imperio præceptam, ſed duntaxat tolerari; & quidem minùs quàm Confeſſionem Auguſtanam, cui tot ac tanta Eccleſiæ Catholicæ ſpolia in perpetuum traduntur & confirmantur. Quibus ineſcatæ inferiores & laxiores animæ, tantò facilius facultatem impunè apoſtatandi arripient, quantò vigore huius Tranſactionis Catholicos Proteſtantibus poſthaberi advertunt. Neque id compenſatur libertate ſimili Subditis Proteſtantium conceſsâ, qui videntur viciſſim allici ut tranſeant ad Catholicos: Nam præterquam *quod non ſunt facienda mala ut eveniant bona*; multò proclivior, & ſine comparatione facilior & frequentior eſt ſeductio, quàm converſio. Id perſuadent initia harum Hæreſum, & pertinacia quâ Poſteri in iis perſeverant. Ipſa denique novi Evangelii conditio, quæ blandâ libertate ac facillitate allicit; cùm è contra Religio Catholica auſteritatem & difficultatem præſeferat.

ARTIC. XIII.

Sileſii etiam Principes, &c. & Civitas Vratislavienſis, iuxta gratiam Anno 1635. ipſis factam, &c in Libero Auguſtanæ Confeſſionis Exercitatio manutenebuntur, &c.

Cur non & hæc gratia fit Epiſcopis & Prælatis, imò cur non hæc juſtitia conceditur, ut in Bonis poſt annum 1624. legitimè recuperatis manuteneantur.

§. *Quod verò ad Comites, Barones, Nobiles Confeſsionis Auguſtanæ in aliis Sileſiæ Ducatibus, & Auſtria inferiori de præſenti degentes attinet, in gratiam intercedentium migrare non cogentur, &c.*

Paciſcitur ergò Cæſar abſolutè & inconditionatè in perpetuum (adeoque in illum etiam caſum, quo Hæreſin coërcere poſſet, deberet) tolerare Acatholicos in Sileſia, & inferiori Auſtria: utinam non cum perpetuo Religionis diſpendio, & ſalutis periculo! Interceſſio autem hæc non videtur eſſe Rogantium, ſed intercedentium more Tribunorum Plebis apud Romanos. Omnia Proteſtantes impetrant, quia reperiunt paratos ad concedenda, quæ petunt; imò offerentes, quæ nec petere, nec ſperare auſi forent, ut ipſi fatentur.

ARTIC. XIV. & XV.

Ius reformandi non pendet à qualitate feudali nec mero Imperio &c. Redditus & cenſus Eccleſiaſtici perſolvantur iuxta Pacem Religionis, prout poſſidebantur 1. Ian. 1624.

Etſi hæc videantur aliquâ ratione niti, nullo tamen iure ſtatuuntur; quia in Eccleſiam, eiuſque iura nullum ius eſt Cæſari & Statibus. Ius quidem conſervandi ſubditos in Religione Catholicâ, & ad eam reducendi eos qui defecerunt, competit Principibus & Magiſtratibus ratione Officii ſui: Ius verò introducendi Hæreſin, nulli iuri annexum & iniquum eſt, ut paulò ante diximus.

ARTIC. XVI.

Ius Diœceſanum, & tota Iuriſdictio Eccleſiaſtica, contra Auguſtanæ Confeſsionis Status eorumque ſubditos &c. penitus ſublata eſto, &c.

Pax Religionis Iuriſdictionem Eccleſiaſticam ante hac ſuſpendit, verbo ſaltem verecundiori vſa; Pax nova clariùs loquitur, eamque penitùs tollit: quod reipſa prior quoque Pax fecit ob Pacti perpetuitatem, ut advertit Iudicium Theol. ſect. 4. Rat. 4. Demonſtrans id eſſe extra limites Poteſtatis Imperialis & Politicæ, hoc evidenti Argumento: Nemo poteſt ſuſpendere, vel tollere Iuriſdictionem, quam ipſe non habet: Cæſar & Status non habent Iuriſdictionem Eccleſiaſticam (non enim ipſos, ſed *Epiſcopos Spiritus Sanctus poſuit regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſuo ſanguine,* Actor. 20. v. 28. Non ergo poſſunt illam tollere vel ſuſpendere. Expendant Catholici an huic Argumento ſolidè ſatisfieri poſſit; cùm præſertim Pontifices hodieque conſtanter reclament & negent, *Cæſarem alioſque Status aut Epiſcopos ullam poteſtatem habere de Eccleſiæ Bonis ac iuribus paciſcendi cum Hæreticis.*

Vide Iudicium Theol. ſect. 4. Rat. 8. § 2. ibi: VRBANVS VIII.

ARTIC. XVII.

Vtriuſque Religionis Magiſtratus ſeverè & rigoroſè prohibeant, ne quis publicè privatimue concionando, docendo, diſputando, ſcribendo, conſulendo Tranſactionem Paſſavienſem; Pacem Religioſam,

ſam, vel hanc imprimis, ſive declarationem, ſive Tranſactionem impugnet, dubiam faciat, vel contrarias aſſertiones inde deducat &c.

Theologis & Miniſtris Evangelicis hæc Lex poni poteſt, qui Poteſtati Seculari ſe fatentur ſubiectos: Religio Catholica neque Eccleſiaſticorum jura, neque Theologorum doctrinam, Principum & Magiſtratuum Secularium arbitrio ſubeſſe patitur: ut mirum ſit Plenipotentiariis Catholicis talia excidiſſe. Theologia Catholica Regulis Fidei, & Principiis revelatis, ac Iure Divino nititur: adeoque Politicorum Placitis ſilentium ipſi imponi nec poteſt, nec debet. Si verò id porrò attentent; reſpondebunt Theologi Orthodoxi cum Apoſtolis, Actor. 5. v. 28.

Obedire oportet Deo magis quàm hominibus.

Si ulteriùs denuncient, quod Iudæorum Principes Apoſtolis cæſis denunciârunt, *ne omnino loquantur in nomine IESV*, de legitimâ & illegitimâ Pace; *ibunt*, cum iiſdem Apoſtolis, *gaudentes à conſpectu Concilii quoniam digni habiti ſunt pro nomine IESV contumeliam pati.* Ibidem v. 40. & 41.

Artic. XVIII. XIX. XX.

De pari numero Perſonarum utriuſque Religionis in Conventibus Deputatorum, Commiſſariorum, Aſſeſſorum Cameræ Imperialis, & ſimilibus &c.

Multa his Articulis ſtatuuntur juxta Regulas Politicas non inconvenienter: Iuſtitiæ in integrum, reſtitutio ſummè neceſſaria eſt, quæ iam diu deſperata iacuit, non ſine probro apud exteras Nationes. Quæ verò hîc ſtatuuntur in Ordine ad Confeſſionem Auguſtanam perpetuandam, tum & Aſſeſſores æquali numero admittendos in judiciis, ex quo perpetuari Lites poſſunt, probanda non ſunt. Non repetimus huc uſque demonſtrata.

N B. Hîc, uti apparet, finitur Articulus principalis de Gravaminibus inter Catholicos & Proteſtantes Confeſſionis Auguſtanæ, in alios viginti, quos percurrimus, ſubdiviſus: Etſi quædam alia immiſceantur, & ſequentes quoque articuli ingens Religionis Catholicæ Præiudicium, ac multiplex gravamen contineant; ut Articulus proximus ſtatim patefaciet.

ARTI-

ARTICVLVS VI.

Principes & Status Religionis Reformatæ id eſt, Calvinianæ, eorumq́; Ditiones & ſubditi recipiuntur in Pacem Religionis, cum aliquot tamen Limitationibus.

Receditur hîc ab altero præcipuo Pacis Religionis Articulo; fuit enim initiò hæc ſolùm concluſa *inter Catholicos, & Confeſſioni Auguſtanæ adhærentes, excluſis omnibus aliis Sectis*, ut tantò facilior eſſet Controverſiarum Fidei compoſitio; quæ acceſſu Calviniſmi, ob maiorem eius Sectæ in Catholicos acerbitatem, & Dogmatum quorundam atrocitatem, multò poſthac erit impeditior. Regula Iudicii Theol. 15. ſect. 6. eſt: *Non licere Pacem Religionis extendere ad Calviniſmum: cum enim ſit Hæreſis ſpecie diverſa, multoq́; deterior Lutheraniſmo, nova graviorq́; iniuria inferretur Creatori & veræ Religioni, eaq́; in maius periculum coniiceretur.*

Quod multò verius & urgentius eſt, ſi conſideremus abſolutam & inconditionatam Pacis huius perpetuitatem.

Huc facit quod Doctor Matthias Hôe, à Sereniſſimo Electore Saxoniæ iuſſus ſententiam dicere ſuper quæſtione: Vtrum Lutheranis opitulari poſſet, ut Calviniſtica, non minùs quàm Auguſtana Confeſſio, tolerari in Imperio, & publicâ ſecuritate frui poſſet? Reſpondit, anno 1634. 28 Martii, Oportet ut reſpondeat, NON, quiſquis Chriſtianum pectus habet & conſcientiam: quàm enim clarè Sol eſt in Cœlo, tam clarum eſt, Doctrinam Calviniſticam blaſphemiis in Deum, & horrendis erroribus eſſe referti ſſimam; Verboque Divino per Scripturam revelato, tam in fundamentalibus, quàm aliis Articulis diametraliter oppoſitam. Quis ergo iuvare tutâ conſcientia poterit ut iſti Doctrinæ, non tam una, ſed centenæ amplius, imò millenæ, & millies millenæ animæ adiiciantur? Facit etiam, quod in actis Publicis legitur, Regem Succiæ Guſtavum Adolphum, à Wilhelmo Landgravio Haſſiæ rogatum, ut in Civitate Francofurtenſi Calviniſtis ædificari Templum permitteret, reſpondiſſe: Potiùs ſe paſſurum, ut omnium ſuorum Militum enſes & haſtæ cordi ſuo infigerentur, quàm cauſaturum eſſe, ut victricibus ſuis armis Religioni Calvinianæ vel minimum accreſceret, &c. Mirùm hîc eſt, modernos Lutheranos

ranos ab hac mente & ſenſu tam eſſe alienos: magis verò mirum, Catholicos quosdam Lutheranis in hoc paſſu tepidiores eſſe, ut Calviniſtis non minùs, quàm Lutheranis, tutam in Imperio libertatem addicere conentur.

Ibidem §. *Quia verò, &c. Principi Anhaltino liberum ſit Iure Territorij introducere Confeſſionem Auguſtanam: ſiq; praterea Comites, vel alij quibus Ius reformandi competit, Terras legitime acquieſierunt, & jam dudum poſſident, ſed in Religionis Exercitio nihil (cùm tamen potuiſſent) mutarunt; ipſis poteſtas mutandi per hanc Conventionem adempta non ſit.*

Regulam Juris Territorialis reprobat ille, qui dicit: *Ecce omnes animæ meæ ſunt.* Ezech. 18. v. 4. Vide Judicium Theol. Sect. 4. Rat. 5. & ſæpius in decurſu dicta. Generalis conceſſio, quæ, poſt Principem Anhaltinum, ſit Comitibus, & Aliis, quibus Jus reformandi ex uſurpatâ Regulâ Territoriali competit, ſuſpecta eſt, ne in periculum conjiciat Monaſteria & Bona Eccleſiaſtica mediata, quæ 1. Januar. 1624. Catholici realiter poſſedorunt: de quibus ſtatuitur ſuprà Artic. 9. de Gravaminibus, ut Catholicis relinquantur, ut ut in Auguſtanæ Confeſſionis Statuū Territoriis & Ditionibus ſita ſint. Hæc enim earum Ditionum Domini, vigore hujus poſterioris Articuli invadent, cauſantes: Poteſtatem Religionem mutandi in ſuo Territorio ipſis hac Conventione ademptam non eſſe: ac proinde Monaſteria & Bona Eccleſiaſtica mediata ſui nunc juris eſſe; etiam quoad Reformationem; juxta Praxin Proteſtantium notoriam. Ubi advertant Catholici, quæ uno Articulo ſpecioſè ſibi putant relinqui, altero poſteriori rursùs adimi, ſeq; longo naſo duci. Quæ ipſa cauſa eſt, cur Artic. XI. de Gravaminibus, tā ſollicitè caveatur, ne Theologi *contrarias aſſertiones ex hac pace deducant.*

ARTIC. VII. & VIII.

De Iure Statuum Imperij, Civitatibus Liberis, Debitis, Commerciis, aliisq;, &c.

HÆc Politicis relinquimus; qui viderint, an Poteſtas Imperialis nō nimiùm circumſcribatur, & redigatur in ordinem antehac inſuetum:

Statibus verò Imperij, & nominatim Civitatibus Liberis, non plus tribuatur, quam ſatis eſt.

ARTIC. IX. X. XI. XII. XIII. XIV.

De Ditionibus tum Eccleſiaſticis tum Secularibus, aliisq; Regno Sueciæ & Fœderatis in ſatisfactionem ac compenſationem pleno Iure in perpetuum & immediatum Feudum conceſſis, &c.

NOn mittimus falcem in Meſſem Politicam; viderint enim Politici, an transactio tot Ditionum in Coronam exteram vicinam, & ſucceſſibus præſidentem, Unumq; præterea & alterum Principem Imperij, ipſi Imperio, & Dignitati Imperiali plùs commodi & ſecuritatis, quàm incommodi & periculi ſit allatura. Religioni Catholicæ parum id prodeſt: hujus damno & decremento, ultimiq; excidij periculo illacrymamur. Non exaggeramus nec moleſtè repetimus Principia Judicij Theol. ſolùm id rogamus, ut ponderentur præcipuè Sect. 4 Rat. 1.

De cooperatione directa & indirecta cum Hæreſi ob Pacis perpetuitatem abſolutam & inconditionatam, quâ Sueciæ, & Brandenburgico conſignantur tot Epiſcopatus. Præcipua item ratio eſt, & in hoc Articulo vel maximè valet, quæ petitur ex *uſurpatione Poteſtatis incompetentis*: Cujus ſpecimen, hactenùs in Eccleſia Dei inauditum, eſt extinctio & ſuppreſſio plurium Epiſcopatuum, & Eccleſiarum Cathedralium, earumq, transmutatio in Principatus & Ducatus Seculares, nullâ petitâ nec obtentâ Summi Pontificis licentiâ. Cæſar & Epiſcopi præſertim, relegant Juramenta Sedi Apoſtolicæ & Eccleſiæ Dei præſtita, de juribus utriusq; conſervandis & *ita ſtudeant eſſe pacifici, ne fiant ſacrilegi*.

ARTICVLVS XV.

De Transactionis huius, & Pacis, intra tres Menſes confirmatione, executione, & reſtituendorum reſtitutione, &c.

IBidem §. *Contra hanc Transactionem, ullumve eius Articulum & Clauſulam, nulla iura Canonica & Civilia, communia vel ſpecialia Privilegia, Mandata, Litispendentia, res iudicata, &c. Proteſtatio-*

ſtationes, inveſtituræ, Tranſactiones, Edictum Anni 1629. *Pax Pragenſis, Concordat cùm Pontificibus, aut Interimiſtica Anni* 1548. *Nec ulla alia, quocunque nomine & prætextu, Exceptiones unquam allegentur, audiantur aut admittantur, &c.*

Cùm nihil Juris ſeu Poteſtatis Cæſar & Status habeant in Jura Canonica & Eccleſiaſtica, item Concordata cum Pontificibus) quæ non à Germanis, in quorum gratiam à Pontifice inita ſunt; ſed ab ejusdem Pontificis voluntate & authoritate dependent) Evidens eſt, hanc Clauſulam: *Ne ulla Exceptiones contra hanc Pacem unquam allegentur, audiantur, admittantur*, prorſus inanem eſſe & nihili; imò Divino Juri & Naturali adverſam: ut jam ſuprà diximus in ſimili, Artic. 1. de Gravaminibus. Divino Juri repugnat, quòd Cæſar & Status uſurpant poteſtatem in Jura ac Bona Eccleſiæ Dei, quam non ipſis, ſed Epiſcopis regendam commiſit. Vel nihil de his tranſigant; vel non ſine authoritate, voluntate, & ratihabitione eorum, Summi videlicet Pontificis, & Epiſcoporum quatenus ſunt Paſtores Fidelium, non quatenus Principes Politici & Status Imperij: ſic enim nihil poteſtatis Eccleſiaſticæ obtinent, nec plus juris habent in Spiritualibus, quàm ipſi Principes & Status Laici. Vide Judicium Theol. Sect. 4. Rat. 4.

Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt. Rom. 13. v. 1. Cùm ergo uſurpata hæc poteſtas ſuſpendendi, tollendi, extinguendi, extinguendi, auferendi Jura & Bona Eccleſiaſtica: & Religioni Orthodoxæ alias Sectas, in omnimodam abſolutam & inconditionatam Perpetuitatem, æquandi, ſi non præferendi) Jura Politica & Temporalia contrà, quàm Fides Catholica docet) cum Spiritualibus & Eccleſiaſticis confundat; imò iſta partim evertat, partim Politicis & Temporalibus (id eſt Superiora Inferioribus, & Divina Humanis) ſubjiciat: Non poteſt tam inordinatæ poteſtatis uſurpatio à Deo eſſe, nec à rectâ ratione, cui repugnat exercere poteſtatem, quam quis non accepit, & tranſigere in Præjudicium ſuorum Superiorum, aliorumque, in quos juris nihil habet: iisdem præſertim inconſultis & invitis.

Quare his ſtantibus, amplianda & ſic ſummanda erit Clauſula hæc derogatoria, ſive inhibitoria: *Contra hanc Transactionem, ullumve ejus Articulum & Clauſulam, nulla Iura Divina, Naturalia, Civilia, &c. unquam allegentur, audiantur, aut admittantur, &c.*

Subſcribat, qui ſibi perſuadet Jus Divinum & naturale abſq; periculo damnationis æternæ poſſe violari.

Ibidem. §. *Omnes huius Tranſactionis Conſortes teneantur univerſas & ſingulas huius Pacis Leges, contra quemcunq; tueri & protegere, &c.*

Cæſar itaque Catholicus, & Principes ac Status Catholici, tum Eccleſiaſtici, tum Politici; ſi Epiſcopi & Prælati, &c. Eccleſias & Ditiones, legitimè recuperatas ſpontè nolint deſerere; Armis illos expellent, & contra eoſdem auxilium ferent Hæreticis. Quam actionem à crimine & ſacrilegio, ſi in tremendo Judicio non poterunt excuſare, ſibi imputent, illiſque qui alia perſuaſerunt, vel timore tacuerunt, quæ monere debuerunt.

Atqui ajunt, *Cæſarem non teneri, nec velle Arma diutiùs circumferre: ſi Catholici Status & Eccleſiaſtici nolint in hanc Tranſactionem conſentire, in illos Belli molem poſt hac incubituram.*

Atqui Cæſar & Reges & Advocati & Defenſores ſunt Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum, ex Officio & Juramento; cui quidem, an hac ratione ſatisfaciant, viderint ipſi.

Id fixum eſto, ſi cuiquam Alteri, ſibi maximè dictum exiſtimare debere Principes: *Nolite timere Eos, qui occidunt corpus; ſed potiùs timete eum, qui poteſt & corpus, & Animam perdere. Hunc, qui timet, Mortalium timet neminem: nam & defenſum iri ſe illius Protectione non dubitat, ſi ſic illi viſum fuerit expedire; hac ſi forte minùs defendatur, ut effugiat ſupplicia maiora, non gravatim perferet minora.*

Quibus verbis Cardinalis Hoſius excuſationem Ferdinandi, ex prætensâ neceſſitate condendæ Pacis Religionis petitam refutavit.

Atqui verò *Cæſaris, aliorumq; Principum Theologi, Rerum Germanicarum, publicaq; Imperij neceſſitatis intelligentiores, conſcientiæ ſuæ & alienæ rationem & ipſi habent; hanc tamen pacem licitam iuſtamq; cenſet: Certum verò eſt, quemvis tutò ſequi poſſe ſententiam virorum doctorum, præſertim plurium, etiam novam, nec Bibliis editis adhuc vulgatam.*

Reſpon-

Reſpondemus 1. Fruſtra allegari Theologos Rerum Imperij & neceſſitatis publicæ peritiores: Nam,præterquam quod Judicium Theologicum ex non vulgari Imperij notitiâ & experientiâ, Actisq; Publicis,& Principum Archiviis hauſtum eſt; eadem ſunt Principia & Præcepta Juris Divini & Naturalis, Neceſſitatis prætextus permittit Cæſari & Statibus Catholicis Imperij,ut illicita, quæq; ſui juris non ſunt,Hæreticis concedant.

2. Tutò equidem ſequi licet ſententiam Doctorum,etiam novam, in iis,quæ Principiis in Eccleſia Dei receptis,Sanctisq; Patribus, & Summorum maximè Pontificum ſententiæ ac voluntati non adverſantur: Adverſus verò ejusmodi Principia tàm fundata, tantis ſuffragiis & exemplis, Pontificumq; recentibus Reſponſis firmata, in ſimili vel eodem neceſſitatis caſu contrarium docere,ſuadere,conſulere; neq; docenti aut ſuadenti,neq; obſequenti tutū eſt. Debet intra hos fines coërceri Theologia quodlibetica,nimiùm quantùm hodie invaleſcens,nō ſine cōſcientiarum & ipſius denique Religionis Catholicæ periculo. Certè Conſcientia S. Cypriani & Collegarum (quod exemplum commemorat Judicium Theol.Sect.5.ad 10.Reſp.2.) ſentientium, *Baptizatos ab Hæreticis rebaptizandos*, adverſus auctoritatem Pontificis Stephani, & Veteris Eccleſiæ morem ac ſenſum, non minùs timorata tutaque videbatur, quàm Theologorum ejusmodi: Neque tamen excuſavit illos, eorumque ſequaces ab errore; etſi demus fuiſſe bonæ fidei. Quam utinam novi hi Theologi olim in hac Causâ poſſint probare illi, cui ſine verâ bonâ Fide impoſſibile eſt placere.

Soli Deo Gloria.

FINIS.

ERRATA, quæ typo irrepſerunt, benevolus Lector ita corrigat.

Pag.4.lin.8.jam ſe.*lege* tam ſe. p.5.l.11.heterodogorum.*leg.*heterodoxorum. p.6.l.6.tanquam.*dele.* p.7.l.8 ſemper.*leg.*ſtupor.l.antepenult. renaſci.*leg.*re naſci. p.9.l.1.conſilio.*leg.*concilio.l.21.relinquantor.*leg.*relinquuntor. l.23.habendo.*leg.* habento. l.26.poſſideantur. *leg.* poſſidentor. l.antepenult admittantor. *leg.* admittuntor. p.11.l.15.vitandam.*leg.*vitandum.l.ult.effugerat.*leg.*effugeret. p.12.l.21.Futile argumentum.*dele* p.14. l.penult.probat.*leg.*probo. p.15.l.4.quo.*leg.*quod.l.7.explicantur: Nota. *leg.*explicantur, nota.l.9 nulla.*leg.*nullo. p.16.l.22.Quo ad primam partem detrahere.*leg.*quo ad primam partem. Detrahere. p.17.l.4.concederet. *adde.* Atqui qui hæc faceret aut concederet. l.18. ſi heterodoxis. *leg.* ſi ab heterodoxis. p.18.l.18.ſubſiſtes.*leg.*ſubſiſtis. l.16.dorecadem.*leg.* dodecadem. l.28.infamia.*leg.*infamiam. p.23.l.17.quia. *leg* qui. p.24. l.23. præſertim ſi ſit temporaria. *dele.* l.24. ut ſic. *adde.* præſertim ſi ſit temporaria. p.25.l.5. habeat.*leg.* habent. l.25.larvam. Egregij.*leg* larvam egregij. l.26. qua.*leg.* quam. p.28.l.7.ita ut.*leg.*ita &. p.29.l.10. Jurerantem.*leg.* Juret autem. p.30.l.23. integrum &.*leg.* integrum eſt. p.35.l.11.dependeat.*leg.* dependet. p.37.l.10.& in.*leg.*ut in. l.14.&.*leg.*eſt. p.38.l.14.Si pauci.*leg.* Hi pauci. p.39.l.8.& quid.*leg.* eſt. Quid. l.10. excommunicare Fœdus. *leg.* excommunicare. Fœdus Matrimonij. l.22. oſtende. *leg.* oſtendere. p.43.l.4. exportis. *leg.* expertis. l.8. quam. *leg.* quin. p.44.l.27. aut. *dele.* p.45.l.12. neq;. *leg.* meq;. p.46.l.3. an quid. *leg.* an & quid. l.22.Laymam. *leg.* Layman. p.49.l.2. Ad aliud.*leg.* At aliud. p.50.l.3. ſi illo.*leg.*ſi ullo.l.11. reſignificat.*leg.*re, ſignificat. l.penult.dirueret.*leg.*ſi rueret. l.ult, jus.*leg.*os. p.52.l.antepenult.ipſi Dei.*leg.*ipſius Dei. l.ult.concilio.*leg.*conſilio. p.53. l.1.contravenit. *leg.* contravenitur. p.55.l.8. ille.*leg.* illa. l.21. quidam.*leg.* quidem. p.57.l.9.tantologe, *leg.*tautologe. l.20. jure.*leg.* in re. l.24. interpatandum. *leg.* interpretandum. p.58.l.31. precator. *leg.* precatur. l.32. næviæ.*leg.*næniæ. l.ult.protectionem.*leg.*protectivam. p.59.l.9.ineptam. *leg.*ineptiam. p.60.l.24. via.*leg.*vi. p.62.l.7.irrefragilis.*leg.* irrefragibilis. l.19. qui & viros. *leg.* quieturos. p.64.l.15. aſſenſam. *leg.* aſſenſum. p.68. l.penult.inteſtimo.*leg.*inteſtino. p.77.l.22.ſententia.l.Ex ſententia. p.86. l.1.prodictionem.*leg.*proditionem. p.91.l.3.Arianum.*leg.* Arianam. l.24. divinum.

divinum *leg.* divinam. p.94. l.24. An non. *leg.* At non. p.95. l.28. Paſſionem *leg.* paſſionum. p.90. l.18. 19. 20. quam non etiam credis fideles illos recenti memoria rei veritatem tenuiſſe potius. *dele.* l.24. ſuppoſitivam. *leg.* ſuppoſititiam. p.98. l.15. protectionem. *leg.* profectionem. p.103. l.12. habitu *leg.* halitu. p.109. l.25. regione. *leg.* ratione. l.25. defecerat. *leg.* defecerat. p.112 l.8 judicio. *leg.* indicio. p.117. l.4. aboebunt. *leg.* abolebunt. l.9. Paulo VV. *leg.* Paulo IV. p.127. l.23. ſed *leg.* ſe. p.128. l.4. Ratio. *leg.* Reſp. l.10. Ratio. *leg.* Reſp. p.132. l.5. poterit. *leg.* poterunt. l.6. prævidetur. *leg.* prævidentur. l.6. eradicandi. *leg.* eradicato. p.134. l.7. ſaquitur. *leg.* ſequitur. p.135. l.21. Et. *adde.* intelligit, &. l.22. alij. *leg.* aliis. l.ult. quæritur. *leg.* queritur. p.136. l.18 placitu. *leg.* placita. pag.137. l.10. crederent. *leg.* cederent l.14. voiuerunt. *leg.* voluerunt. p.138. l.16. ſi. *leg.* hi. p.142. l.13. quos. *leg.* quis. p.148. l.18. vitomentisq́; *leg.* vi tormentisq́;. p.150. l.15. Non. *leg.* Nos. p.152 l.14. cenſuriæ. *leg.* centuriæ. p.159. l.11. uniarij. *leg.* injurij. p.158. perſpectè. *leg.* perſpecta. p.161. l.23. Qui non. *leg.* Quin in. p.162. l.penult. pro. *leg.* in. pag.163. l.22. Etſi. *leg.* Et ſi. p.171. l.20. ſententiæ. *leg.* ſententia. p.178. l.20. hæreticorum. *leg.* hæreticos. p.180. l.5. invidiam &. *leg.* invidiamq́;. p.186. l.13. & proponat. *leg.* ut proponat.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

APPENDIX.

Apologetica,

In quâ reſpondetur quibuſdam Monitis Equitis alicujus Anonymi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CUm hæc abſoluiſſemus, incidit in manus noſtras ſcriptum, ab Equite quodam (ita ſcribebat is qui id tranſmiſit) magni nominis, & eruditionis ſubmiſſum & deſtinatum. Monita erant ad Obſeruatorem Notarum in Iudicium Theologicum, acria illa quidem, mordaciáque, ſale Satyrico, ne inſulſa eſſent, condita, denique talia, ut facilè appareret, non à Theologo calamo & atramento ſedatè conſcripta, ſed ab Equite, ſtylo ferreo, cruore & felle iracunde exarata & profecta eſſe. Viſum hîc illi Monitori, licet importunè poſt feſtum venienti, aliquid reponere. Primùm ergo, ſcommata, criminationes, & irriſiones, inſolentis animi indices, quibus Obſeruatorem & Erneſtum immeritò exagitat, contemnemus. Neque enim decet Theologum cum Equite contumeliæ ſerram ducere & reciprocare. Deinde ea quæ in præcedentibus repulimus, ne Tautologo Monitori illi ſimiles ſimus, tacito pede prætereuntes, ex cæteris ea quæ videbuntur

buntur ad rem &inſtitutum noſtrum facere, breuiſſimè æquo Lectori explodenda ſubiiciemus.

§. I.

Examinatur hæc conſequentia: Papa propter fœdus Paſſauienſe conſenſit in ceſſationem pœnarũ contra hæreticos, ergo conſenſit tacitè in ipſum fœdus: à nobis negata, & à Monitore Equite defenſa.

I. Accuſat Monitor, quòd Notator dixerit, axioma, *Propter quod vnumquodque tale, id magis tale.* de ſolâ causâ finali verum eſſe. Neſciſſe fortitan D. Thomam, Philoponum, Albertum, &c. effatum illud de aliis cauſis interpretari. Decuiſſe nouellum Logicum, capite demiſſo diſcere ab hiſce. &c.

Reſp. D. Eques Monitor, haud equidem pro candore equeſtri falſum Obſeruatori imponit. Non dixit, axioma illud, Propter quod vnumquodque tale: &c de ſolâ causâ finali verum eſſe. Eſt in manibus exemplar autographum, quod ità habet ad verbum: *Mira eſt Notatoris illius in arguendo aſyllogiſtia, cùm ex Laymanno ita argumentatur: Si iuxta Laymann. Pontifex tacitè conſentit in pœnarum contra hæreticos ſtatutarum ceſſationem propter fœdus cum Confeſſioniſtis initum, multò magis conſentit in ipſum fœdus hac ſaltem in parte. Qui*

re. Qui enim conſentit, inquit, in effectum propter cauſam, magis conſentit in cauſam. Certè enim hæc ratiocinatio tam imperitæ pulverem literarium Logicum non ſapit, neque muſeum Philoſophicum, multò minùs Theologicum olet. Deus conſentit in punitionem & damnationem hominum æternam, propter cauſam, id eſt peccata à ſe permiſſa, ideone magis in peccata noſtra, quàm in damnationem conſentit? Abſit. Axioma illud, de ſolâ cauſâ finali verum eſt, de omnibus aliis falſum.

Ubi hîc ſit mentio illius: Propter quod vnumquodq; tale? Eſtne idem Axioma: *Qui conſentit in effectum propter cauſam, magis conſentit in cauſam*: cum illo; *Propter quod vnumquodque tale.* &c.? Multum ſanè erras. Multò hoc poſterius illo priori patet latiùs. Hoc in Logicis & Phyſicis vſurpari ab auctoribus conſueuit, hoc in Ethicis & moralibus proprium locum habet. De illo edixit Obſeruator, de hoc tunc temporis non ſomniauit. Quare quòd illum monet D. Eques, demiſſo capite à canæ & robuſtæ ſapientiæ viris genuinum axiomatis illius ſenſum diſcere, non facit operæ ſuæ pretium. Etenim ante multos omnino annos, cùm ille nouellus eſſet Logicus, non pœnitendo labore Doctores audiens, inter cætera percepit, & didicit. 1. Inter ea duo axiomata diſtinguere oportere, tanquam inter magis & minus latè patens. 2. Illud, Propter quod unumquodque &c. in Phyſicis, hunc ſenſum obtinere, vt indicet cauſam effectu ſuo naturali eſſe nobiliorem: id verò neque de omni, neque de ſolâ finali intelligi debere. 3. Idem in Logicâ, vbi cauſis cognitionis, ſive præmiſſis concluſionem, in Syllogiſmo præſertim demonſtrativo, inferentibus, applicari conſueuit, ita ab aliquibus admitti, vt conficiant premiſſas eſſe concluſione, alii notiores, alii certiores, alii veriores, ab aliis tamen non immeritò repelli. 4. In Ethicâ ſiue moralibus, hunc explicatum habere; Propter quod vnumquodque eſt tale &c. id eſt; propter quod aliquid volumus, id magis cenſemur velle: quod coincidit cum Axiomate, quo de nunc litigamus, nimirum: Qui conſentit in effectum propter cauſam, magis conſentit in cauſam. Didicit verò obſeruator, id quod variis in cathedris palàm multis annis docendo contriuit, & quod Notatori Anti-Erneſtino objecit, ſcilicet, Maximam illam veram eſſe in causâ finali, in cæteris fallere, ac conſequenter, qui ex conſenſu affectiuo,

quo voluntas in effectum aliquem fertur propter cauſam, colligere nititur, voluntatem etiam conſenſu affectiuo ferri in illam ipſam cauſam, aut imperitum eſſe Logicum & Philoſophum, aut fallacem, niſi tamen illa cauſa ſit finalis. Atque hæc veritas eſt euidens, cui nemo Philoſophus contradicat, niſi qui velit inanem de nomine diſputationem inſtituere. Libet rem oſtendere. Etenim dupliciter poteſt voluntas conſentire in effectum propter cauſam. Primò, vt illa cauſa ſit volita & adamata, atque adeo vt voluntas conſentiat in effectum & velit effectum, ideo, quia vult obtinere cauſam illius, amátque illam. Ita equidem ægrotus conſentit in abſciſſionem pedis ſui, ob vitæ conſeruationem, quâ ſine nunquam conſentiret, quæ vitæ conſeruatio eſt cauſa volita; ideo enim vult abſciſſionem pedis, quia vult conſeruationem vitæ. Et hæc eſt cauſa finalis, ut manifeſtum eſt, ideóque quiſquis in effectum, ex tali cauſâ, ita volitâ & adamatâ conſentit, in ipſam cauſam conſentire, & magis quidem conſentire eſt cenſendus. Vtique enim qui truncationem pedis vult, quia vitæ conſeruationem vult, magis vult vitam conſeruare, quàm pede mutilari. Vnde etiam qui ex eiuſcemodi conſenſu in effectum ex tali causâ, colligeret conſenſum voluntatis etiam in illam cauſam, peritus omnino Logicus & Philoſophus foret habendus. Secundò, accidere poteſt, ut cauſa quæ voluntatem ad effectum aliquem amplectendum ciet, non ſit volita, neque ideo ad conſentiendum moueat, quia affectiuè intenditur aut amatur, ſed purè putè tantùm quia exiſtit. Ita eundem ægrotum, vt ferro atque igni corpus ſubmittat, mouet pertinax gangræna. Nam vult ſectionem propter gangrænam pedi innatam, nunquam voliturus, niſi illa foret, At non vult propter gangrænam volitam. Quis enim velit tantum ſibi ipſi malum? Sed vult propter gangrænam exiſtentem. Ita iudex vult rei ſuſpendium, propter furtum, non à ſe volitum, ſed à latrone patratum. Gubernator conſentit in redditionem vrbis, propter reſiſtendi impotentiam, non à ſe volitam, ſed in vrbe repertam. Puer applicat animum ad ſtudii laborem, propter ferulam & plagas, non à ſe adamatas, ſed ab duro Didaſcalo intentatas. Moyſes conſenſit in diſſolutionem

Matri-

Matrimonii rati & conſummati, propter duritiam cordis Iſraelitarum, non à ſe volitam, ſed in populo ſalaci exiſtentem. Iam dico, ſi de tali causâ capiatur Axioma prædictum, omnino locum non habere, neque ex conſenſu in effectum, à tali causâ profectò, rectè vnquam colligi poſſe, conſenſum in cauſam. Et ratio eſt manifeſta, quia fieri poteſt, vt iſtiuſmodi cauſa, etſi ad volendum aliquid aliud animum impulerit, tamen non modò non adametur à voluntate, ſed ſummo odio habeatur. Quod ſi cauſa, propter quam in effectum animus noſter fertur, poteſt interea tamen à voluntate noſtrâ odio haberi, quomodo tu rectè colligas, in illam ipſam animum noſtrum magis ferri? Exempla allata, iubare meridiano clariùs rem hanc conficiunt. Æger vult truncationem corporis propter gangrænam, non tamen ideo gangrænam. Iudex vult ſuſpendium rei propter furtum, non ideo furtum. Gubernator vult redditionem vrbis, propter defectum virium, non ideo vult defectum. Puer vult ſtudendi laborem ob plagas, non plagas. Moyſes voluit repudium propter duritiam, duritiam non voluit.

Iam ad noſtrum propoſitum veniendo. Notator quiſpiam (neſcio an ipſus qui modò Eques & Monitor) voluerat contra Erneſtum contendere, Pontificem tacitè ſaltem conſenſiſſe in fœdus Paſſauienſe, & ſic arguerat: Pontifex conſenſit in ceſſationem pœnarum hæreticis ex lege debitarum propter fœdus. (teſte Laymanno) Ergo conſenſit tacitè, & ſaltem ex eâ parte in ipſum fœdus. Quia qui conſentit (probabat) in effectum propter cauſam, conſentit magis in cauſam. Hîc repoſuerat quis alius Erneſti amicus (& nos ſupra idem fecimus) peſſimo exemplo Logico, & imperitè ſic colligi. Axioma illud in ſolâ causâ finali vim obtinere ſuam. Deum velle damnationem hominum æternam propter cauſam, ſcilicet peccata ab ipſo permiſſa, ab hominibus verò patrata, neq; tamen ea cauſa, peccata hominum velle, tantùm abeſſe ut magis ea velit. Hoc malè nunc habet Equitem, Notatoris illius vtiq; amicum & fautorem, & monet debuiſſe abs D. Tho. Alb. Philip. Soto, Calderi. Baldo. Tiraq. & neſcio quibus non diſcere, quomodo

 in

in moralibus vſurpandum, illud Philoſophi ſit dictum. Ego verò, poſt auditos demiſsè, lectoſque canæ & robuſtæ Sapientiæ viros, perſto, & dico, in moralibus, de quo hic lis agitur ſolummodo, debere intelligi tantùm de causâ finali & Volitâ, neque vllum auctorem aliter accipere aut rectè interpretari. Et vrgeo exemplum, quod præ manibus habeo, & quod extorquebit è manibus, aut Eques, etſi aurei velleris fuat, aut Monitor nunquam. Deus conſentit in damnationem hominum propter peccata, quæ ſunt cauſa damnationis, & tamen non conſentit in illa peccata, tantùm abeſt vt magis conſentiat. En tibi effectum, en cauſam, en conſenſum in effectum, en diſſenſum in cauſam eiuſdem effectus. Et quare Deus non colligitur conſentire in illam cauſam, etſi in effectum propter cauſam conſenſerit? Nonne quia cauſa illa, ſcilicet peccata hominum, non ſunt cauſa finalis, reſpectu Dei, neque cauſa volita à Deo? Et nunquid, ſi, illa peccata mouerent Deum ad damnandos homines, non quomodocunque, ſeu ideo quia exiſtunt, ſed finaliter, ſeu ideo quia intenduntur à Deo & amantur, nunquid, inquam, tunc Deus, ex eo quod ex tali causâ vellet damnationem ſeu effectum peccatorum, vellet etiam vi talis volitionis & magis vellet peccata, quàm damnationem? Ergo manifeſtum eſt, non poſſe colligi conſenſum voluntatis in cauſam, ex conſenſu eiuſdem in effectum, niſi illa cauſa ſit finalis, ſeu volita.

Reſpondet Monitor valde doctè. *Valet axioma in cauſis vtrique termino conuenientibus, & dum in prædicato continetur cauſa.* Id eſt, in prædicato & ſubiecto debet poni vera cauſa. Benè habet. Quis non conſentiat? Imò de eadem causâ, cuius mentio fit in ſubjecto, debet fieri mentio in prædicato. Subſume porro. *Peccata autem vt permiſſa, non ſunt cauſa damnationis, ſed vt aduerſantia diuinæ voluntati: Sanè enim permiſſio peccatorum non eſt cauſa damnationis, ſed malitia peccatorum. At fœdus eſt cauſa, cur conſentiat Papa in abrogationem pœnarum.* O effugium hominis! 1. Quid refert peccata vt permiſſa, ſub reduplicatione non eſſe cauſam peccatorum? Sufficit peccata, quę permiſſa ſunt, in ſenſu identico ſeu ſpecificatiuè, eſſe cauſam damnationis. Redit ergo argumentum, hoc modo: Qui conſentit in effectum propter cauſam, conſentit magis in cauſam: Atqui Deus conſentit in damnationem hominum propter peccata,

cata,

cata, quæ fuere à Deo permiſſa : Ergo Deus magis conſenſit in peccata quæ fuere à Deo permiſſa. 2. Fateris peccata vt mala, eſſe cauſam damnationis. Sic redit ſophiſma, ex tuâ doctrinâ factum: Qui conſentit in effectum propter cauſam, conſentit magis in cauſam: Atqui peccata & mala, ſunt cauſa damnationis hominum, & damnatio eſt peccatorum vt malorum effectus: Ergo qui in damnationem hominum conſentit propter peccata vt mala ſunt, conſentit magis in peccata vt mala ſunt : Atqui Deus conſentit in damnationem hominum propter peccata vt mala ſunt : Ergo. Quid nunc Domine Monitor? Annon pariſſima paritas?

Pergit ille. *Diuerſi generis eſt conſenſus Dei in damnationem, à conſenſu eiuſdem in peccata damnatorum, permiſſiuus hic eſt, ille approbatiuus, ideóq; mirum non eſt, ſi ſophiſma Obſeruatoris nihil concludat, eò quòd non idem ſit in prædicato & ſubjecto conſenſus, & conſequenter ſophiſma conſtet quatuor terminis, quod ab egregio noſtro Obſeruatore erat obſeruandum.*

1. Miranda prorſus res! Quatuor terminos à Monitore hic deprehendi? Videamus. Syllogiſinus eſt hic. Qui conſentit in effectum propter cauſam, magis conſentit in cauſam. Hic in ſubiecto & prædicato de eodem conſenſu approbatiuo eſt ſermo. Senſus enim eſt; qui conſentit approbatiue in effectum propter cauſam, conſentit magis approbatiué in ipſam cauſam. Nunc ad Minorem: Atqui Deus conſentit in damnationem æternam hominum approbatiuè, propter eorum peccata: Ecce iterum mentio fit conſenſus approbatiui: Ergo Deus magis approbatiuè conſentit in peccata. Vbi ergo manet quod obiicitur, quod in prædicato & ſubjecto non ſit idē conſenſus? vbi conſequenter quatuor termini? Debebat Monitor meliùs obſeruare quid obiiceret. 2. Quæſo quæ illa conſequentia: In prædicato & ſubiecto non eſt idem conſenſus : Ergo ſyllogiſmus conſtat quatuor terminis? An non poteſt ſyllogiſmus conſtare tribus tātùm terminis, etiamſi in prædicato & ſubjecto ponatur diuerſus conſenſus? Si quis dicat; Qui conſentit tantùm permiſſiuè in peccatum, non conſentit approbatiuè; Atqui Deus conſentit in peccata hominum permiſſiuè tantùm : Ergo, Quid hîc ſentis Monitor & Eques? An non ſyllogiſmus in formâ probâ? An non tamen

diuer-

diuerſus in prædicato & ſubiecto ponitur conſenſus? Neſcio ſanè an tu ipſe intelligas quid velis. 3. Nulla ſit in illo ſyllogiſmo mentio conſenſus diuini permiſſiui, neque in prædicato neq; in ſubiecto qui ad rem ſpectet, vel vim faciat, ſic enim dicitur: Qui conſentit, approbatiuè ſcilicet, in effectum propter cauſam, conſentit etiam, ſcilicet approbatiuè, in cauſam. Hic nullus auditur conſenſus permiſſiuus. Atqui Deus conſentit approbatiuè in damnationem hominum, propter peccata à Deo permiſſa. Hic quidem importatur conſenſus permiſſiuus, ſed ad rem non ſpectat neque in eo vis argumenti conſiſtit. Omitte enim ly permiſſa & eadem remanebit argumentatio. Demum etiam, ſi ly permiſſa in Concluſione ponas, iam omnis perit quatuor terminorum vmbra. Audiant hunc ſyllogiſmum Logici, & iudicent an ſint quatuor termini. Qui conſentit approbatiuè in effectum propter cauſam, conſentit magis approbatiuè in cauſam: Atqui Deus approbatiuè conſentit in damnationem hominum propter peccata à ſe permiſſa: Ergo magis approbatiuè conſentit in peccata à ſe permiſſa. Certè, certè hæc monitio non olet muſeum philoſophicum.

Sicut ergo prædictus ſyllogiſmus non concludit Deum conſentire in peccata hominum, ita etiam non concludit Monitor, Papam conſentire in fœdus Paſſauicum. Et ſicut Deus, etſi propter peccata vt mala ſunt & commiſſa, conſentit approbatiuè in damnationem, ita tamen vt peccata illa deteſtetur: ita fieri potuit, vt etſi Papa in ceſſationem pœnarum conſenſerit propter fœdus, ipſum tamen fœdus poſitiuè improbauerit. Ex quo ſic argumentor. Si Papa, etiam conſentiens in ceſſationem pœnæ approbatiuè, potuit non obſtante eo conſenſu Fœdus Paſſauicum poſitiuè reprobare & deteſtari, non rectè ex illo conſenſu, in ceſſationem, concluditur conſenſus in ipſum fœdus. Atqui Papa potuit conſentire in ceſſationem pœnarum, etiam propter fœdus, ita tamen vt eodem tempore fœdus illud poſitiuè reprobaret. Ergo. Probo Minorem. Potuit Papa conſentire eo modo, quo Moyſes olim conſenſit in diuortium propter duritiam cordis. Approbauit (ex probabili multorum ſententia) diſpenſatiuè repudium, ob duritiam, quam tamen populi Hebræi duritatem ipſe neque approbatiuè neque permiſſiuè

volebat,

volebat, ſed animitus oderat, Dei & virtutis amator propheta. Quare ſicut Moyſes conſenſit in diuortium ob vitium peruicacis gentis non volitum, ſed odio habitum: ita Papa potuit conſentire in ceſſationem pœnarum, ob fœdus Paſſauicum non volitum, ſed certâ animi ſui ſententiâ damnatum. Et ſicut ſi duritia cordis non fuiſſet, Moyſes in repudium non conſenſiſſet, & ideo duritia conſenſus cauſa fuit; ita niſi fœdus Paſſauicum fuiſſet, Papa ceſſationem pœnarum non conceſſiſſet, & ideo fœdus conceſſionis cauſa fuit. Et ſicut, licet duritia populi cauſaret in Moyſe conſenſum in diſſolutionem connubii, non tamen cauſauit conſenſum in illud duritiæ vitium; ita licet fœdus Principum, cauſarit in Pontifice, conſenſum in abolitionem pœnarum, tamen non cauſauit conſenſum vllum in fœdus. Ergo ſicut imperitè quis argueret ſic: Moyſes conſenſit in libellum repudii propter duritiam cordis: ergo conſenſit in duritiam cordis; ita non minùs imperitè concluderet, qui diceret: Pontifex conſenſit in ceſſationem pœnarum propter fœdus Paſſauicum; ergo conſenſit in fœdus Paſſauicum. Quare videat Monitor ne porrò tam temerè alios de quatuor terminis & dyſſyllogiſtiâ accuſet, ne fortè à quoquam audiat illud: Ne graculus Muſam, vel cicada Apollinem.

§. 2.

Objicitur Obſeruatori quòd malè dixerit, Erneſtum non ideo dicere pacem illicitam, quia indirectè cooperetur hæreſi, cùm Erneſtus id palàm aſſerat.

Reſpondeo. Dupliciter poteſt aliquid hæreſi vel cuiuis rei vitioſæ indirectè cooperari. 1. Phyſicè, cùm is qui poteſt impedire

pedire non impedit. Et hac ratione obſeruator intellexit, cùm aſſeruit ex mento Erneſti, pacem non eſſe illicitam, ex eo præcisè, quod hæreſi indirectè cooperetur. Nam ſic etiam Deus, & quiſquis Princeps, maioris mali vitandi causâ, hæreſin ad tempus permittit, indirectè illi cooperatur, abſque vlla noxa quia ſcilicet non impedit cùm phyſicè poſſet impedire. 2. Moraliter, cùm is qui non modò poteſt, ſed & debet atque tenetur impedire, non impedit. Et de hac indirectâ cooperatione loquitur Erneſtus, cùm dicit, ex indirectâ cooperatione cum hæreſi, pacem illicitam reddi. Quòd autem Erneſtus de hac morali agat, patet ex eius probatione, ita enim arguit. Illicitum eſt non impedire malum, quod potes & teneris impedire: Atqui indirectè cooperari hæreſi, eſt non impedire hæreſin cùm potes & teneris; Ergo. Iam quod obſeruator de cooperatione indirectâ phyſicâ egerit, conſtat ex eiuſdem verbis: *Non ideo Erneſtus pacem illicitam dicit, quod indirectè cooperetur hæreſi. Fatetur hæreſin ad tempus permitti poſſe, quod eſt etiam indirectè cooperari, ſaltem ad tempus.* Quid clariùs? Dicit, eum qui licitè ad tempus permittit, hæreſi cooperari. Non vtique moraliter. Quia ſupponit licitè, & tunc, permittere, quando non tenetur. Nam ſi teneretur impedire, non permitteret licitè. Ergo, dicit cooperari tantùm phyſicè. Verùm quid attinet omnia excuſare? Demus, Obſeruatorem cùm hæc ſcriberet, etſi à veritate non abierit, à clarâ tamen Erneſti mente, obſcuritate ſermonis, paululum deflexiſſe. Faciat par pari Monitor, cum ſuo Notatore, & incogitantiæ ſuæ peccata, multò equidem grauiora, lubens agnoſcat. Homines ſumus, nihil humani à nobis alienum exiſtimare debemus.

§. 3

§. 3.

Argumenta Monitoris, quibus contendit contra Erneſtum euincere hæreticos non eſſe de iure diuino infames, repelluntur.

PRobarat Erneſtus ex illo Matth. 18. *Qui Eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* hæreticos eſſe iure diuino infames. Contra hoc inſurgit hæreticorum Aduocatus, & ita arguit.

1. *Malderus in 2. 2. q. 11. de hæreſi a. 3. memb. 2. dicit illis verbis Chriſtum nihil aliud ſtatuiſſe, quàm talem eſſe vitandum iuxta modum, quem Eccleſia determinauerit. Item Suar. de Cenſ. ſ. 1. aſſert. 2. ait, illis verbis, ex communi Interpretum mente non inferri hæreticis excommunicationem aut aliam Cenſuram, ſed contineri poteſtatem illos excommunicandi.* Fac conſequentiam. Ergo Malderus & Suar. negant illis verbis non indicari infamiam iuris diuini naturalis? Vides facilè quàm non ſequatur. Ego verò ſic argumentor. Ex declaratione Chriſti, hęretici ſunt eo apud fideles loco, & tales, quales olim apud Iudæos Ethnici & Publicani: Atqui Publicani Iudæis erant infames: Ergo hæretici ex declaratione Chriſti apud fideles ſunt infames. Probo Minorem ex Interpretibus. Cornel. Ianſen. in Concord. Euang. c. 13. Franc. Luca Brugenſi Comm. in caput decimum octauum Matth. *Publicanus,* inquit, *periuriis, rapinis, pauperumque oppreſſionibus infamis.* Reinh. Lutz Erythrop. Harm. Euang. capite 28. Cajet. hoc lo-

co. publicanus. *infami* inquit *hominum genus* apud fideles. Theophyl. Aſſimilat Publicanis tales fratres: *Infamabatur* enim ob pecunias publicanus, Cornel. à Lap. h. l. Quare, inquit, non fidelis & Chriſtianus, ſed Ethnicus & publicanus, id eſt, publicus peccator habendus eſt. Publicani enim ob rapinas, periuria, ait S. Hieron. & pauperum oppreſſiones, habebantur *infames* & ſcelesti. &c. Cernis, bone Monitor, quis ſit de illo effato Chriſti interpretum ſenſus, & quàm cum Erneſto faciant?

2. *Doctores non probant infamiam hæreſios ex iure diuino, ſed ex iure tantùm humano: Ergo non eſt ex iure diuino.*

Eſto Anteced. Nego conſequentiam. Argumentum ab auctoritate negatiuâ non probat.

Contrà. *Ab auctoritate negatiuâ valet argumentum in pœnis, qualis eſt infamia.* Ita, ab auctoritate legis præſertim poſitiuæ: concedo. Doctorum: nego. Rectius argueres, acute Logicè, ſi ſic probares. Non eſt in Scripturâ expreſſa illa infamiæ pœna: Ergo non eſt iuris diuini poſitiui. Imperitè autem ſic arguis: Doctores ex Scripturâ non probant infamiam: Ergo in Scripturâ non continetur infamia. Hîc argumentum ab auctoritate negatiuâ non valet.

3. *Si infamia hæreſis eſt iuris diuini: ergo aliqua irregularitas eſt iuris diuini. Conſequens falſum. Ergo.*

Nego ſequelam Majoris. Legiſſes Suarez diſput. 48. ſ. 2. n. 2. de Cenſ. didiciſſes irregularitatem incurri per ſolam infamiam Canonicam.

4. *Doctores diuidunt infamiam legalem, in ciuilem & Canonicam tantùm.*

Eſto. Conſiderant eam tantùm quæ ex lege humanâ oritur. Qui de humanâ tantùm loquuntur, non negant eſſe aliquam iuris diuini.

5. *Si infamia pœna eſſet iure diuino hæreſi annexa, quare ergo Sanch. Hurt. Azor. aliique ad pœnam iſtam incurrendam requirunt iudicis ſententiam?*

Reſp. 1. Facile eſt dictu. Loquuntur auctores de infamiâ canonicâ, & ciuili, ad quam incurrendam putant illi auctores neceſſariò

riò requiri ſententiam iudicis, Quanquam ſunt alii qui non requirant vt Caſtrus l. 2. de iuſt. hæret. punit. c. 9. aliique. Quicquid ergo de hac re ſit, nihil officit Erneſto. Et ſi prædicti auctores, non obſtante quòd doceant ad infamiam hæreſios requiri ſententiam iudicis, tamen concedunt, eam infamiam eſſe iuris humani, quidni concedant eſſe etiam iuris diuini? Et ſicut non concederes, conſequentiam, ſi quis diceret: Illi auctores ad incurrendam infamiam hæreſios requirunt ſententiam iudicis: ergo non concedunt illam infamiam eſſe iuris canonici; ita & ego nego, cùm tu non minori aſyllogiſtiâ ſic procedis: Auctores illi ad infamiam hæreſios incurrendam requirunt ſententiam iudicis; Ergo non concedunt illam infamiam eſſe iuris diuini.

Reſp. 2. Auctores illi requirunt ſententiam iudicis, non vt hæreticus infamiæ condamnetur, ſed vt infamis declaretur. Audi Azorium quem citaſti. Ille ſic docet. Inſtit. 1. p. l. 8. c. 13. *Si obiicias; infames eſſe ipſo iure: Siquidem infamia eſt iuris ergo ipſo iure contrahitur. Reſpondeo infamiam iuris dici, quia ſtatim vt per Iudicis ſententiam crimen eſt declaratum, reus eſt infamis; neque enim opus eſt vt Iudex condemnet reum, vt infamem, ſed tantùm vt crimen declaret. Sicut bona hæreticorum ipſo iure ſunt confiſcata, ſed requiritur iudicis ſententia, quâ crimen declaretur.* Sicut ergo ius humanum potuit crimini hæreſios infamiam inurere, potuit etiam ſtatuere, vt tamen ea locum & vim non obtineret, niſi poſt condemnationem. Atque ita de facto conſtituiſſe, colligi videtur, & colligunt Dyn. in c. Infamibus. de reg. iuris in 6. Abb. in c. Teſtimonium. de teſtibus. & c. Exceptionem. de except. ex l. 1. de iis qui notantur infamia. Videat nunc Monitor quàm appoſitè contra infamiam iuris diuini obiiciat, quæ Doctores de infamiâ iuris humani, iuxta leges humanas diſceptant.

6. *Si infamia hæreſis eſt iuris diuini; ergo contra receptam Doctorum ſententiam Chriſtus aliquam legem nouam tulit, præter illas quæ ſunt de fide & Sacramentorum ſubſtantiâ: Atqui non eſt admittendum Conſequens; Ergo nec Antecedens.*

Nego ſequelam. Lex hæc infamiæ eſt iuris diuini naturalis, non nouiter à Seruatore perlata, ſed clariùs explicata. Ratio naturalis

ralis dictat, vt is qui ſupremæ & infallibili Dei teſtantis veracitati, cùm ei ſufficienter proponitur, fidem denegat, infamis inteſtabiliſq; omnibus habeatur.

§. 4.

Reſpondetur ad quædam argumenta, quibus probare nititur permiſsionem hæreſis abſolutã & perpetuam, non eſſe de ſe illicitam.

I. Argumentum. *Tannerus de fide d.1.q.9.dub.3.n.94. Auctor. Compoſ. Pac. c.5.q.26.n.31. Becanus de fide q.4. aſſerunt, id vix vnquam fieri poſſe: Ergo concedunt in caſu aliquo, ſaltem raro, fieri poſſe.*

Certè, *Vix vnquam*, minus eſt quàm rarò, & minus quàm rariſſimè. Verbo. Doctores illi non probant poſitiuè, poſſe fieri licitè talem conceſſionem, ſed tantùm non damnant abſolutè. Hoc tamen ipſum de Becano minimè conceſſero. Iniuriâ ille in hanc rem laudatus. Non dicit l. cit. vix vnquam concedi poſſe. Suprà verba attulimus. Expreſſiſſimè docet, grauiſſimis de cauſis *aliquanto tempore* concedi etiam per pactum poſſe, & tunc omnino fidem promiſſorum ſeruandam eſſe hæreticis. Inſpiciat locum Becani Monitor, & diſcat oculatiùs peruidere ea, quæ vult in medium proferre.

II. Argu-

II. Argumentum.

Cæſari hodie proponuntur duæ leges & obligationes. Vna de ſeruandâ perpetuâ libertate hæreſin puniendi; altera de conſeruandâ religione in partibus Catholicis Germaniæ; imò, de præcauendo, ne Germaniâ penitus ab Acatholicis oppreſſâ, hæreſis omnia reliqua peruadat. Vtramque legem ſeruare non poteſt, indicátque ſe ſeruare non poſſe. Ergo ſeruare illam debet, cuius eſt maior, vtiliorque obligatio & obſeruatio: eam nimirum quæ iubet conſeruari religionem,

Repono tibi ſimile argumentum. Iubeant, velint aduerſarij, vt ſi Cæſar pacem velit, ipſe ſolummodo Lutheranus fiat, aut leuiter etiam mentiatur. Tunc proponuntur equidem duæ Cæſari leges, Hinc non mentiri, non Lutheranizare; indè conſeruare fidem in Imperio. Vtramque ſeruare non poteſt: Ergo eam debet, cuius vtilior obſeruatio. &c. Quid reſpondes? An non vtramque debet & poteſt? Magis tenetur Cæſar hæreſis impediendæ poteſtatem conſeruare, & perpetuam impunitatem non paciſci, quàm non mentiri leuiter. Atqui hoc poſterius ſemper poteſt & debet: Ergo & prius. Ergo, fruſtra es cum duabus illis legibus.

III. Argumentum.

Permiſſio hæreſis ad certum & definitum tempus. v. g. ad 40. annos eſt licita. Ergo etiam ad tempus perpetuum. Nego ſequelam. Probat ſeq. *Si qua foret diſparitas ex mente Erneſti, foret hæc, quòd in perpetuo tempore poſſit occurrere talis mutatio, vt poſſit hæreſis facilè puniri & impediri. Atqui etiam ſpatio 40. annorum poteſt hoc accidere, & tamen licet paciſci de annis 80: Ergo hæc diſparitas non ſufficit.*

Reſpond. Non conſiſtit diſparitàs in eo quod vtrobiq; quomodolibet poſſit illa mutatio euenire, ſed in eo quòd in tempore perpetuo hæc mutatio certò, ſaltem moraliter, includitur &

præ-

præuidetur,in tempore verò definito non continetur, aut certè non præuidetur. Imò verò, ſi in tempore, quantumuis exiguo, certò aut valde probabiliter præuideretur, neceſſitatem vrgentem, majoris malo, ceſſaturam, non poſſet quis pro illo etiam exiguo tempore impunitatem licitè paciſci. Sed tantùm tunc licet, & pro eo tempore licet, pro quo prudenti hominum iudicio æſtimatur, cauſas illas excuſantes perduraturas. Ingens ergo diſparitas ad oculum patet. In tempore perpetuo continetur ceſſatio cauſarum excuſantium; in tempore definito, pro quo licet, non continetur ſaltem moraliter, & iuxta prudens hominum peritorum iudicium.

Dices. *Quid ſi homines in eo iudicio fallantur, & ante terminos conſcriptos difficultas omnis ceſſet.*

Reſpond. Tamen promiſſio & pactum ſeruandum eſt, quia ex prudenti iudicio licitè & honeſtè initum eſt, vt ſupponimus. *At occurret tempus, quo poterit punire, & malum impedire*

Diſtinguo. Poterit phyſicè, Concedo. Moraliter; nego. Quod enim illicitum eſt, moraliter fieri non poteſt. Atqui poſito pacto licitè inito, de non impediendâ hæreſi, iam impeditio pro eo tempore quo pactum durat, eſt illicita: Ergo pro eo tempore moraliter fieri non poteſt.

Inſtet aliquis. *Ergo poteſt fieri, vt Princeps pacto licito teneatur non punire & non impedire hæreſin tunc cùm poſſet impedire, & cùm ceſſat omnis neceſſitas permittendi, & conſequenter ruit fundamentum Erneſti, qui permiſſionem perpetuam damnat ex eo præcipuè, quòd eius vi adſtringatur Princeps hæreſin permittere, tunc cùm nulla amplius erit permittendi neceſſitas aut cauſa excuſans.*

Diſtinguo, vt antè. Poteſt fieri vt teneatur, cùm poſſet impedire phyſicè; concedo. Moraliter, ſiue licitè; nego. Item, cùm ceſſat neceſſitas permittendi phyſica; concedo, cùm ceſſat moralis; nego. Poſito enim quod licitè pactus ſit pro eo tempore impunitam relinquere, non poteſt licitè, neque debet punire. Præterea poſito ſemel pacto licito antecedente, iam maius bonum vrget. Nempe ſatius eſt & rationi magis conuenit, vt pactorum legitimè initorum fides inter homines inuiolata conſtet, quàm vt contra fidem datam pro finito aliquo temporis ſpatio hæretici puniantur. Nemo po-

teſt teneri,fidem,quam ex rationis præſcripto rectè dedit,fallere. Atqui ſi Princeps durante eo pacto hæreticos puniret, fidem quam iure quàm optimo dedit, falleret: Ergo non poteſt durante eo pacto, teneri ad hæreticos puniendos.

Contrà. *Idem dicatur de pacto perpeuæ & abſolutæ impunitatis. Nimirum eo ſemel inito,iam Cæſarem non poſſe moraliter ſiue licitè punire. Item,tum maius bonum vrgere,& quòd ſatius ſit fidem ſemel datam ſeruari,quàm hæreticos impediri.*

At de pacto perpetuæ impunitatis idem dici nequit, quia hoc, antecedenter,non poteſt licitè iniri,& fidem obſtringere,& ita conſequenter punitionem in perpetuum reddere illicitam ſiue moraliter impoſſibilem,ſicut facit pactum temporarium.

Cur verò non poſſit perpetuum pactum antecedenter licitè fieri,vti pactum temporarium poteſt ? Ideo,quia pro tempore, certis limitibus circumſcripto,fieri poteſt,vt prudenter iudicetur, cauſas licitæ conceſſionis minimè ceſſaturas. Ergo p o illo tempore prudenter & licitè poteſt pactum iniri. At de tenpore abſolutè perpetuo, non poteſt prudenter ſtatui,quòd nulla vnquam interuentura ſit rerum viciſſitudo,quæ neceſſitatem permittendæ, hæreſis ſubmoueat, imò æſtimari debet & poteſt, ſeriùs aut ocyùs affuturam exſtirpandæ demum hæreſios opportunitatem. Ergo de eo non poteſt quis prudenter & licitè paciſci, quia paciſceretur ſe non impediturum hæreſios malum,tunc cùm videt ſe poſſe & debere impedire. Simile aliquod reperire licet in Matrimonio cum iiſdem hæreticis incundo.Nam ſi quis per illud intelligat ſe manifeſto peruerſionis futuræ diſcrimini exponi,non contrahit equidem licitè, quantum eſt de iure naturali. Qui verò prudenter æſtimaret nullum inde ſibi & fidei ſuæ probabile periculum imminere, licitè & abſque noxâ contrahit quamuis iudicio ſuo fallatur, & reuera præter opinionem grauiter deinceps de religione periclitetur. Sicut ergo ille Matrimonii contractus cum hęretico illicitè initur, non qui contrahentem Catholicum de facto periculo peruerſionis exponit,ſed qui expoſiturus prouidetur. Ita illa impunitatis permiſſio illicite promittitur hæreticis, non quæ promittentem tunc cùm cauſæ excuſantes ceſſant, obligatura eſt aut obligat,ſed quæ obligatura prouidetur. Atqui eiuſmodi eſt permiſſio perpetua: Ergo.

IV. Argumentum.

Non eſt potior ratio ut temporanea permiſſio non cooperetur hæreſi potiùs quàm perpetua.

Siquidem temporanea indulgetur, abſque iuſtâ causâ, ſine dubio æquè cooperatur. At quando propter cauſas legitimas. v. g. maioris mali vitandi caus: conceditur, omnino potior eſt ratio. Nam qui ad tempus permittit ex causâ excuſante, de eo dici non poteſt, quòd non impediat hæresin, tunc cùm poteſt & tenetur impedire. Enim verò ſi excuſatur, non tenetur, & ſi teneretur, nòn excuſaretur. Qui verò ſimpliciter, abſolutè in perpetuum concedit, is etiam concedit vi talis promiſſi, tunc cùm nulla aderit & adfutura videtur excuſatio. Ergo, de illo dici poteſt & debet, quòd non impediat hæreſin tunc cùm poteſt & debet. Ergo cooperatur indirectè. Ergo eſt potior & diuerſa ratio.

V. Argumentum.

Etſi Cæſar iuberet migrare Catholicos è terris hæreticorum non peccaret: Ergo multò minùs peccat quòd paciſcatur, vt Proteſtantes Catholicis migrationem indicant. Probatur Ant. Quia illa migratio cedit in ſalutem ipſorum, ſicut & illa Abrahami de Vr Chaldæorum, quam Deus illi præcepit.

Diſtinguo. Si Cæſar iuberet eo modo migrationem, quo Deus Abrahamo; Eſto. Si iuberet eo modo quo Proteſtantes iubent. Nego. Deus non dixit Patriarchæ, aut idola cole, aut exi, ſed vt ne idola colas, exi. Proteſtantes autem iubent, aut errores amplecti, aut exire. Quâ ratione frequentius accidit, vt maxima ſubditorum pars, migrationis difficultate victa, errores exilio præoptet, atq; ita migratio illa, eo modo imperata, non cedit in ſalutem, ſed in æternum animarum vertit exitium. Quæro ego, an hoc edictum iuſtum

eſſe poſſit: *Aut patriâ exulabito, aut Lutheranus eſto?* ſi eo nimirum ſenſu proponatur, vt quis hæreſin profeſſus illi faciat ſatis? Atqui tale edictum Proteſtantes poſſunt, & Cæſar, vi pacis proiectæ approbare, & iuxta illud per iudices ſuos contra Proteſtantium ſubditos Catholicos, ſi iudicio appelletur, pronunciare debet. Quin adeò, ſi ſubditi emigrationi vi reſiſterent, deberet Cæſar, eos armis compeſcere: Ergo.

Eſto, inquit, *Cæſar armis impediret, tamen adhuc Acatholicorum facto non niſi accidens cooperaretur.*

Quomodo per accidens? Si Cæſar miſſo exercitu Catholicos emigrationi reſiſtentes, compeſceret, nunquid Acatholicos in expellendis fidelibus iuuaret? An non actionis illius expulſiuæ ſocius & pars foret? Quomodo ergo per accidens concurreret?

Sicut parens per accidens concurrit, & cooperatur homicidio ex rixâ duorum conſecuto, ſi filium, cùm pugnam dirimere vellet, domi per vim retineat.

Contrà. 1. Pater ideo non cooperatur cædi, quia non tenebatur permittere, vt filius cum periculo vitæ propriæ, alieno periculo caueret. At hîc nihil ſimile excuſat Cæſarem, qui Catholicos iniuriam à ſe propellentes, armis coërceet, ne id poſſint facere. 2. Si filius ille abſque periculo proprio cædem illam impedire poſſet, & à parente vi detineretur, quò minùs impediret, quis dubitet parentem cædis reum facere? Atqui Cæſar vi Projecti, Catholicos etiam tùc cùm efficaciter, & ſine diſcrimine, & à ſe & ab aliis Catholicis exilii iniqui pœnam amoliri poterunt, vi armatâ tenebitur impedire. Ergo ſi id faxit, exilii iniuſtè illati, vel fidei malè eiuratæ cauſa per ſe erit.

VI. Argumentum.

Cæſar per illam Pacem non cooperatur hæreſi, ſed tantùm permiſſiuè ſe habet. Non adiudicat fieri petitionem Acatholicorum quando petunt ſibi permitti reformationem, & expulſionem Catholicorum,

ſed indicat debere permitti, vt, ſi velint, reforment, & expellant, ſi nolint, omittant. Non tradit Catholicos ad hæreſin profitendam, ad exilia, & ſpoliationes, ſed non impedit, quo minùs malitioſè ſi velint, hæreſin ſuſcipiant, non impedit Dominos, quo minùs compellant ad migrationem &c. Ergo.

Reſp. Cæſar, Catholicis contra vim iniuſtam iure experiri volentibus, omnem actionem negabit. Iuxta art. 14. & 15. Pacis religioſæ. Hæreticis verò, ſi illum, contra Catholicos pro iure ſuo decertantes, imp[illegible]nt, non modò decentia & neceſſaria iuris remedia, per ſententias & p[illegible]lica edicta, ſed etiam, auxilium & patrocinium vi armiſque afferre vult & debet. Articulus 17. ita habet: *Et ſi pars vna, aut ſtatus aliquis contra hanc editam pacem, alteri (quod fieri non debet) nunc, vel futuro tempore, facto ipſo, clam vel palàm, vim intulerit aut moleſtiam; tum Cæſarea Majeſtas, Nos & illi, noſtrique & illorum ſucceſſores ac hæredes, tali caſu non tantùm ei qui vim intulerit, aut facti moleſtiam exhibuerit, aut exhibeat, conſilium, auxilium aut patrociniũ nullum præſtare, ſed etiam alteri parti, aut ſtatui, qui contra hanc pacem, vim aut oppugnationem patitur, contra vim inferentem, aut facto oppugnantem, auxilium & patrocinium adferre volumus & debemus.*

Quid clarius? Qui Acatholicis cùm Catholicos Eccleſiis ſuis ſpoliant, cùm à fide diſcedere nolentes, exilio mulctant, cùm ejectis ſacerdotibus Prædicantes in locum ſurrogant, contra eoſdem Catholicos, vim arcendæ iniuriæ causâ parantes, auxilium & patrocinium adferre vult & debet, is non tantùm permiſſiuè ſe habet, ſed directè cooperatur illis actionibus prauis, & ad hæreſis propagationem fideiq; ignominiam & exitium tendentibus. Atqui Cæſar vi pacis hoc præſtare debet: Ergo Cæſar, vi pacis, cooperari debet. Quare qui in hac re cooperationem negat, eàdem operâ, in ſententiâ & facto Pilati cooperationem ad necem Chriſti facilè negabit. Non enim Pontius ex ſuâ animi ſententiâ reum pronuntiauit, non mortem commeruiſſe de ſuo edixit, ſed elutis coram populo manibus profeſſus, iuſtum & innocentem non tam poſitiuè condemnauit, quàm vt à Iudæis iuxta legem ſuam, ſi vellent, è medio tollerent, permiſit. *Innocens ego ſum, inquit, à ſanguine iuſti huius, vos videritis.* Atque ſi diceret; Leges Romanæ non permittunt mihi hunc hominem abſq; crimine à me reper-

repertum neci addicere. Quando vos autem legem habetis, ſecundùm quam debet mori, vti vos dicitis, neq; vultis aliter acquieſcere, per me licet, pro libitu veſtro in crucem agite. Non equidem impedio, ſed auctoritatem occidendi, quam vobis deeſſe audio, meo & imperatoris Romani nomine permitto. Accipite milites, lictores, educite, necate, nihil obſto. Id vnum ſcitote me hanc ſententiam, non tam meo aut Cæſaris, quàm omnium veſtrum nutu atq; nomine non tam proferre iuſtitiæ quàm inſanæ veſtræ importunitati concedere. Atq; ea cauſa, mortem ego hanc immeritiſſimam neque apud Deos neq; apud homines vnquam præſtabo, ſed vobis veſtróque capiti tota ſanguinis huius vltio incumbet. Quis tamen Pilatum à cooperatione excuſet? Is qui hunc Pacis articulum excuſet.

VII. Argumentum.

Si tyrannus quiſpiam aliquem è ciuibus innocentem ad cædem poſtularet, toti alioqui ciuitati excidium illaturus, poſſe pro communi ſalute tradi innocens, imò cogi vt ſe ipſe tyranno ſiſteret, idq; abſq; vllo peccato. ex comm. DD. ſententiâ. Atq; id longè grauius eſt, quàm permittere, vt cogantur Catholici ad emigrationem, vbi ſacra dominorum reſpuunt. Grauius item eſt, quàm ſi vel Cæſar ipſe cogeret (quod tamen non facit) ad emigrandum.

1. Nego Minorem. Tradere talem hominem ideo in illâ neceſſitate licet, quia cogitur facere id, quod facere iure naturę ipſe vltro tenebatur. Hanc rationem Doctores reddunt. Atqui Catholicus, non tenetur iure vllo naturali bona Eccleſiaſtica quæ legitimè obtinet, ſpoliatoribus concedere, neq; aut fidem negare, aut ſolum vertere. Cur enim non ſe defendat ſi poſſit? Ergo tunc non poteſt tradi & hæreticis permitti. 2. Nego quòd Cæſar ipſe non cogat ad emigrandum. Nam ſi Catholici migrationi & expulſioni ſe opponerent, tenetur Cæſar expellentibus hæreticis auxilium & patrocinium adferre. 3. Ex iiſdem Auctoribus ſic arguo. Etſi licet talem innocentem tradere, non tamen licet virginem ad dedecus & vitium tradere; nimirum quia illa tali caſu ad illud ſe offerre non debet. At-

ſed indicat debere permitti, vt, ſi velint, reforment, & expectant, ſi nolint, omittant. Non tradit Catholicos ad hæreſin profitendam, ad exilia, & ſpoliationes, ſed non impedit, quominùs malitioſè ſi velint, hæreſin ſuſcipiant, non impedit Dominos, quo minùs compellant ad migrationem &c. Ergo.

Reſp. Cæſar, Catholicis contra vim iniuſtam iure experiri volentibus, omnem actionem negabit. Iuxta art. 14. & 15. Pacis religioſæ. Hæreticis verò, ſi illum, contra Catholicos pro iure ſuo decertantes, imp[illegible]t, non modò decentia & neceſſaria iuris remedia, per ſententias & p[illegible]ica edicta, ſed etiam, auxilium & patrocinium vi armiſque afferre vult & debet. Articulus 17. ita habet: *Et ſi pars vna, aut ſtatus aliquis contra hanc editam pacem, alteri (quod fieri non debet) nunc, vel futuro tempore, facto ipſo, clam vel palàm, vim intulerit aut moleſtiam; tum Cæſarea Majeſtas, Nos & illi, noſtrique & illorum ſucceſſores ac hæredes, tali caſu non tantùm ei qui vim intulerit, aut facti moleſtiam exhibuerit, aut exhibeat, conſilium, auxilium aut patrocinium nullum præſtare, ſed etiam alteri parti, aut ſtatui, qui contra hanc pacem, vim aut oppugnationem patitur, contra vim inferentem, aut facto oppugnantem, auxilium & patrocinium adferre volumus & debemus.*

Quid clarius? Qui Acatholicis cùm Catholicos Eccleſiis ſuis ſpoliant, cùm à fide diſcedere nolentes, exilio mulctant, cùm ejectis ſacerdotibus Prædicantes in locum ſurrogant, contra eoſdem Catholicos, vim arcendæ iniuriæ causâ parantes, auxilium & patrocinium adferre vult & debet, is non tantùm permiſſiuè ſe habet, ſed directè cooperatur illis actionibus prauis, & ad hæreſis propagationem fideiq; ignominiam & exitium tendentibus. Atqui Cæſar vi pacis hoc præſtare debet: Ergo Cæſar, vi pacis, cooperari debet. Quare qui in hac re cooperationem negat, eâdem operâ, in ſententiâ & facto Pilati cooperationem ad necem Chriſti facilè negabit. Non enim Pontius ex ſuâ animi ſententiâ reum pronuntiauit, non mortem commeruiſſe de ſuo edixit, ſed elutis coram populo manibus profeſſus, iuſtum & innocentem non tam poſitiuè condemnauit, quàm vt à Iudæis iuxta legem ſuam, ſi vellent, è medio tollerent, permiſit. *Innocens ego ſum, inquit, à ſanguine iuſti huius, vos videritis.* Atque ſi diceret; Leges Romanæ non permittunt mihi hunc hominem abſq; crimine à me reper-

repertum neci addicere. Quando vos autem legem habetis, ſecundùm quam debet mori, vti vos dicitis, neq; vultis aliter acquieſcere, per me licet, pro libitu veſtro in crucem agite. Non equidem impedio, ſed au&oritatem occidendi, quam vobis deeſſe audio, meo & imperatoris Romani nomine permitto. Accipite milites, lictores, educite, necate, nihil obſto. Id vnum ſcitote me hanc ſententiam, non tam meo aut Cæſaris, quàm omnium veſtrum nutu atq; nomine non tam proferre iuſtitiæ quàm inſanæ veſtræ importunitati concedere. Atq; ea cauſa, mortem ego hanc immeritiſſimam neque apud Deos neq; apud homines vnquam præſtabo, ſed vobis veſtróque capiti tota ſanguinis huius vltio incumbet. Quis tamen Pilatum à cooperatione excuſet? Is qui hunc Pacis articulum excuſet.

VII. Argumentum.

Si tyrannus quiſpiam aliquem è ciuibus innocentem ad cædem poſtularet, toti alioqui ciuitati excidium illaturus, poſſe pro communi ſalute tradi innocens, imò cogi vt ſe ipſe tyranno ſiſteret, idq; abſq; vllo peccato. ex comm. DD. ſententiâ. Atq; id longè grauius eſt, quàm permittere, vt cogantur Catholici ad emigrationem, vbi ſacra dominorum reſpuunt. Grauius item eſt, quàm ſi vel Cæſar ipſe cogeret (quod tamen non facit) ad emigrandum.

1. Nego Minorem. Tradere talem hominem ideo in illâ neceſſitate licet, quia cogitur facere id, quod facere iure naturę ipſe vltro tenebatur. Hanc rationem Doctores reddunt. Atqui Catholicus, non tenetur iure vllo naturali bona Eccleſiaſtica quæ legitimè obtinet, ſpoliatoribus concedere, neq; aut fidem negare, aut ſolum vertere. Cur enim non ſe defendat ſi poſſit? Ergo tunc non poteſt tradi & hæreticis permitti. 2. Nego quòd Cæſar ipſe non cogat ad emigrandum. Nam ſi Catholici migrationi & expulſioni ſe opponerent, tenetur Cæſar expellentibus hæreticis auxilium & patrocinium adferre. 3. Ex iiſdem Auctoribus ſic arguo. Etſi licet talem innocentem tradere, non tamen licet virginem ad dedecus & vitium tradere; nimirum quia illa tali caſu ad illud ſe offerre non debet. At-

co. publicanus. *infamè* inquit *hominum genus* apud fideles. Theophyl. Aſſimilat Publicanis tales fratres: *Infamabatur* enim ob pecunias publicanus, Cornel. à Lap. h. l. Quare, inquit, non fidelis & Chriſtianus, ſed Ethnicus & publicanus, id eſt, publicus peccator habendus eſt. Publicani enim ob rapinas, periuria, ait S. Hieron. & pauperum oppreſſiones, habebantur *infames* & ſceleſti. &c. Cernin', bone Monitor, quis ſit de illo effato Chriſti interpretum ſenſus, & quàm cum Erneſto faciant?

2. *Doctores non probant infamiam hæreſios ex iure diuino, ſed ex iure tantùm humano: Ergo non eſt ex iure diuino.*

Eſto Anteced. Nego conſequentiam. Argumentum ab auctoritate negatiuâ non probat.

Contrà. *Ab auctoritate negatiuâ valet argumentum in pœnis, qualis eſt infamia.* Ita, ab auctoritate legis præſertim poſitiuæ: concedo. Doctorum: nego. Rectius argueres, acute Logice, ſi ſic probares. Non eſt in Scripturâ expreſſa illa infamiæ pœna: Ergo non eſt iuris diuini poſitiui. Imperitè autem ſic arguis: Doctores ex Scripturâ non probant infamiam: Ergo in Scripturâ non continetur infamia. Hîc argumentum ab auctoritate negatiuâ non valet.

3. *Si infamia hæreſis eſt iuris diuini: ergo aliqua irregularitas eſt iuris diuini. Conſequens falſum. Ergo.*

Nego ſequelam Majoris. Legiſſes Suarez diſput. 48. ſ. 2. n. 2. de Cenſ. didiciſſes irregularitatem incurri per ſolam infamiam Canonicam.

4. *Doctores diuidunt infamiam legalem, in ciuilem & Canonicam tantùm.*

Eſto. Conſiderant eam tantùm quæ ex lege humanâ oritur. Qui de humanâ tantùm loquuntur, non negant eſſe aliquam iuris diuini.

5. *Si infamia pœna eſſet iure diuino hæreſi annexa, quare ergo Sanch. Hurt. Azor. aliique ad pœnam iſtam incurrendam requirunt iudicis ſententiam?*

Reſp. 1. Facile eſt dictu. Loquuntur auctores de infamiâ canonicâ, & ciuili, ad quam incurrendam putant illi auctores neceſſa-

riò

riò requiri ſententiam iudicis, Quanquam ſunt alii qui non requirant vt Caſtrus l. 2. de iuſt. hæret. punit. c. 9. aliique. Quicquid ergo de hac re ſit, nihil officit Erneſto. Et ſi prædicti auctores, non obſtante quòd doceant ad infamiam hæreſios requiri ſententiam iudicis, tamen concedunt, eam infamiam eſſe iuris humani, quidni concedant eſſe etiam iuris diuini? Et ſicut non concederes, conſequentiam, ſi quis diceret: Illi auctores ad incurrendam infamiam hæreſios requirunt ſententiam iudicis: ergo non concedunt illam infamiam eſſe iuris canonici; ita & ego nego, cùm tu non minori aſyllogiſtiâ ſic procedis: Auctores illi ad infamiam hæreſios incurrendam requirunt ſententiam iudicis: Ergo non concedunt illam infamiam eſſe iuris diuini.

Reſp. 2. Auctores illi requirunt ſententiam iudicis, non vt hæreticus infamiæ condamnetur, ſed vt infamis declaretur. Audi Azorium quem citaſti. Ille ſic docet. Inſtit. 1. p. l. 8. c. 13. *Si obiicias; infames eſſe ipſo iure: Siquidem infamia eſt iuris ergo ipſo iure contrahitur. Reſpondeo infamiam iuris dici, quia ſtatim vt per Iudicis ſententiam crimen eſt declaratum, reus eſt infamis; neque enim opus eſt vt Iudex condemnet reum, vt infamem, ſed tantùm vt crimen declaret. Sicut bona hæreticorum ipſo iure ſunt confiſcata, ſed requiritur iudicis ſententia, quâ crimen declaretur.* Sicut ergo ius humanum potuit crimini hæreſios infamiam inurere, potuit etiam ſtatuere, vt tamen ea locum & vim non obtineret, niſi poſt condemnationem. Atque ita de facto conſtituiſſe, colligi videtur, & colligunt Dyn. in c. Infamibus. de reg. iuris in 6. Abb. in c. Teſtimonium. de teſtibus. & c. Exceptionem. de except. ex l. 1. de iis qui notantur infamia. Videat nunc Monitor quàm appoſitè contra infamiam iuris diuini obiiciat, quæ Doctores de infamiâ iuris humani, iuxta leges humanas diſceptant.

6. *Si infamia hæreſis eſt iuris diuini; ergo contra receptam Doctorum ſententiam Chriſtus aliquam legem nouam tulit, præter illas quæ ſunt de fide & Sacramentorum ſubſtantiâ: Atqui non eſt admittendum Conſequens; Ergo nec Antecedens.*

Nego ſequelam. Lex hæc infamiæ eſt iuris diuini naturalis, non nouiter à Seruatore perlata, ſed clariùs explicata. Ratio natu-

 ralis

ralis dictat, vt is qui ſupremæ & infallibili Dei teſtantis veracitati, cùm ei ſufficienter proponitur, fidem denegat, infamis inteſtabiliſq; omnibus habeatur.

§. 4.

Reſpondetur ad quædam argumenta, quibus probare nititur permiſsionem hæreſis abſolutã & perpetuam, non eſſe de ſe illicitam.

I. Argumentum. *Tannerus de fide d.1.q.9.dub.3.n.94. Auctor. Compoſ. Pac. c.5.q.26.n.31. Becanus de fide q.4. aſſerunt, id vix vnquam fieri poſſe: Ergo concedunt in caſu aliquo, ſaltem raro, fieri poſſe.*

Certè, *Vix vnquam*, minus eſt quàm raro, & minus quàm rariſſimè. Verbo. Doctores illi non probant poſitiuè, poſſe fieri licitè talem conceſſionem, ſed tantùm non damnant abſolutè. Hoc tamen ipſum de Becano minimè conceſſero. Iniuriâ ille in hanc rem laudatus. Non dicit l. cit. vix vnquam concedi poſſe. Suprà verba attulimus. Expreſſiſſimè docet, grauiſſimis de cauſis *aliquanto tempore* concedi etiam per pactum poſſe, & tunc omnino fidem promiſſorum ſeruandam eſſe hæreticis. Inſpiciat locum Becani Monitor, & diſcat oculatiùs peruidere ea, quæ vult in medium proferre.

II. Argu-

II. Argumentum.

Caſari hodie proponuntur duæ leges & obligationes. Vna de ſeruandâ perpetuâ libertate hæreſin puniendi; altera de conſeruandâ religione in partibus Catholicis Germaniæ; imò, de præcauendo, ne Germaniâ penitus ab Acatholicis oppreſſâ, hæreſis omnia reliqua peruadat. Vtramque legem ſeruare non poteſt, iudicátque ſe ſeruare non poſſe. Ergo ſeruare illam debet, cuius eſt maior, vtiliorque obligatio & obſeruatio: eam nimirum quæ iubet conſeruari religionem,

Repono tibi ſimile argumentum. Iubeant, velint aduerſarij, vt ſi Cæſar pacem velit, ipſe ſolummodo Lutheranus fiat, aut leuiter etiam mentiatur. Tunc proponuntur equidem duæ Cæſari leges. Hinc non mentiri, non Lutheranizare; indè conſeruare fidem in Imperio. Vtramque ſeruare non poteſt: Ergo eam debet, cuius vtilior obſeruatio. &c. Quid reſpondes? An non vtramque debet & poteſt? Magis tenetur Cæſar hæreſis impediendæ poteſtatem conſeruare, & perpetuam impunitatem non paciſci, quàm non mentiri leuiter. Atqui hoc poſterius ſemper poteſt & debet: Ergo & prius. Ergo, fruſtra es cum duabus illis legibus.

III. Argumentum.

Permiſſio hæreſis ad certum & definitum tempus. v.g. ad 40. annos eſt licita. Ergo etiam ad tempus perpetuum. Nego ſequelam. Probat ſeq. *Si qua foret diſparitas ex mente Erneſti, foret hæc, quòd in perpetuo tempore poſſit occurrere talis mutatio, vt poſſit hæreſis facilè puniri & impediri. Atqui etiam ſpatio 40. annorum poteſt hoc accidere, & tamen licet paciſci de annis 80: Ergo hæc diſparitas non ſufficit.*

Reſpond. Non conſiſtit diſparitàs in eo quod vtrobiq; quomodolibet poſſit illa mutatio euenire, ſed in eo quòd in tempore perpetuo hæc mutatio certò, ſaltem moraliter, includitur & præ-

præuidetur,in tempore verò definito non continetur, aut certè non præuidetur. Imò verò, ſi in tempore, quantumuis exiguo, certò aut valde probabiliter præuideretur, neceſſitatem vrgentem, majoris malo, ceſſaturam, non poſſet quis pro illo etiam exiguo tempore impunitatem licitè paciſci. Sed tantùm tunc licet, & pro eo tempore licet, pro quo prudenti hominum iudicio æſtimatur, cauſas illas excuſantes perduraturas. Ingens ergo diſparitas ad oculum patet. In tempore perpetuo continetur ceſſatio cauſarum excuſantium; in tempore definito, pro quo licet, non continetur ſaltem moraliter, & iuxta prudens hominum peritorum iudicium.

Dices. *Quid ſi homines in eo iudicio fallantur, & ante terminos conſcriptos difficultas omnis ceſſet.*

Reſpond. Tamen promiſſio & pactum ſeruandum eſt, quia ex prudenti iudicio licitè & honeſtè initum eſt, vt ſupponimus. *At occurret tempus, quo poterit punire, & malum impedire*

Diſtinguo. Poterit phyſicè, Concedo. Moraliter; nego. Quod enim illicitum eſt, moraliter fieri non poteſt. Atqui poſito pacto licitè inito, de non impediendâ hæreſi, iam impeditio pro eo tempore quo pactum durat eſt illicita: Ergo pro eo tempore moraliter fieri non poteſt.

Inſtet aliquis. *Ergo poteſt fieri, vt Princeps pacto licito teneatur non punire & non impedire hæreſin tunc cùm poſſet impedire, & cùm ceſſat omnis neceſſitas permittendi, & conſequenter ruit fundamentum Erneſti, qui permiſſionem perpetuam damnat ex eo præcipuè, quòd eius vi adſtringatur Princeps hæreſin permittere, tunc cùm nulla amplius erit permittendi neceſſitas aut cauſa excuſans.*

Diſtinguo, vt antè. Poteſt fieri vt teneatur, cùm poſſet impedire phyſicè; concedo. Moraliter, ſiue licitè; nego. Item, cùm ceſſat neceſſitas permittendi phyſica; concedo, cùm ceſſat moralis; nego. Poſito enim quod licitè pactus ſit pro eo tempore impunitam relinquere, non poteſt licite, neque debet punire. Præterea poſito ſemel pacto licito antecedente, iam maius bonum vrget. Nempe ſatius eſt & rationi magis conuenit, vt pactorum legitimè initorum fides inter homines inuiolata conſtet, quàm vt contra fidem datam pro finito aliquo temporis ſpatio hæretici puniantur. Nemo poteſt

teſt teneri, fidem, quam ex rationis præſcripto rectè dedit, fallere. Atqui ſi Princeps durante eo pacto hæreticos puniret, fidem quam iure quàm optimo dedit, falleret: Ergo non poteſt durante eo pacto, teneri ad hæreticos puniendos.

Contrà. *Idem dicatur de pacto perpetuæ & abſolutæ impunitatis. Nimirum eo ſemel inito, iam Cæſarem non poſſe moraliter ſiue licitè punire. Item, tum maius bonum vrgere, & quòd ſatius ſit fidem ſemel datam ſeruari, quàm hæreticos impediri.*

At de pacto perpetuæ impunitatis idem dici nequit, quia hoc, antecedenter, non poteſt licitè iniri, & fidem obſtringere, & ita conſequenter punitionem in perpetuum reddere illicitam ſiue moraliter impoſſibilem, ſicut facit pactum temporarium.

Cur verò non poſſit perpetuum pactum antecedenter licitè fieri, vti pactum temporarium poteſt? Ideo, quia pro tempore, certis limitibus circumſcripto, fieri poteſt, vt prudenter iudicetur, cauſas licitæ conceſſionis minimè ceſſaturas. Ergo p o illo tempore prudenter & licitè poteſt pactum iniri. At de tenpore abſolutè perpetuo, non poteſt prudenter ſtatui, quòd nulla vnquam interuentura ſit rerum viciſſitudo, quæ neceſſitatem permittendæ, hæreſis ſubmoueat, imò æſtimari debet & poteſt, ſeriùs aut ociùs affuturam exſtirpandæ demum hæreſios opportunitatem. Ergo de eo non poteſt quis prudenter & licitè paciſci, quia paciſceretur ſe non impediturum hæreſios malum, tunc cùm videt ſe poſſe & debere impedire. Simile aliquod reperire licet in Matrimonio cum iiſdem hæreticis ineundo. Nam ſi quis per illud intelligat ſe manifeſto peruerſionis futuræ diſcrimini exponi, non contrahit equidem licitè, quantum eſt de iure naturali. Qui verò prudenter æſtimaret nullum inde ſibi & fidei ſuæ probabile periculum imminere, licitè & abſque noxâ contrahit quamuis iudicio ſuo fallatur, & reuera præter opinionem grauiter deinceps de religione periclitetur. Sicut ergo ille Matrimonii contractus cum hæretico illicitè initur, non qui contrahentem Catholicum de facto periculo peruerſionis exponit, ſed qui expoſiturus prouidetur. Ita illa impunitatis permiſſio illicite promittitur hæreticis, non quæ promittentem tunc cùm cauſæ excuſantes ceſſant, obligatura eſt aut obligat, ſed quæ obligatura prouidetur. Atqui eiuſmodi eſt permiſſio perpetua: Ergo.

IV. Argumentum.

Non eſt potior ratio ut temporanea permiſſio non cooperetur hæreſi potiùs quàm perpetua.

Siquidem temporanea indulgetur, abſque iuſtâ causâ, ſine dubio æquè cooperatur. At quando propter cauſas legitimas. v. g. maioris mali vitandi causâ conceditur, omnino potior eſt ratio. Nam qui ad tempus permittit ex causâ excuſante, de eo dici non poteſt, quòd non impediat hæreſin, tunc cùm poteſt & tenetur impedire. Enim verò ſi excuſatur, non tenetur, & ſi teneretur, nón excuſaretur. Qui verò ſimpliciter, abſolutè in perpetuum concedit, is etiam concedit vi talis promiſſi, tunc cùm nulla aderit & adfutura videtur excuſatio. Ergo, de illo dici poteſt & debet, quòd non impediat hæreſin tunc cùm poteſt & debet. Ergo cooperatur indirectè. Ergo eſt potior & diuerſa ratio.

V. Argumentum.

Etſi Cæſar iuberet migrare Catholicos è terris hæreticorum non peccaret: Ergo multò minus peccat quòd paciſcatur, vt Proteſtantes Catholicis migrationem indicant. Probatur Ant. Quia illa migratio cedit in ſalutem ipſorum, ſicut & illa Abrahami de Vr Chaldæorum, quam Deus illi præcepit.

Diſtinguo. Si Cæſar iuberet eo modo migrationem, quo Deus Abrahamo; Eſto. Si iuberet eo modo quo Proteſtantes iubent. Nego. Deus non dixit Patriarchæ, aut idola cole, aut exi, ſed vt ne idola colas, exi. Proteſtantes autem iubent, aut errores amplecti, aut exire. Quâ ratione frequentius accidit, vt maxima ſubditorum pars, migrationis difficultate victa, errores exilio præoptet, atq; ita migratio illa, eo modo imperata, non cedit in ſalutem, ſed in æternum animarum vertit exitium. Quæro ego, an hoc edictum iuſtum

eſſe

eſſe poſſit: *Aut patriâ exulabito, aut Lutheranus eſto?* ſi eo nimirum ſenſu proponatur, vt quis hæreſin profeſſus illi faciat ſatis? Atqui tale edictum Proteſtantes poſſunt, & Cæſar, vi pacis proiectæ approbare, & iuxta illud per iudices ſuos contra Proteſtantium ſubditos Catholicos, ſi iudicio appelletur, pronunciare debet. Quin adeò, ſi ſubditi emigrationi vi reſiſterent, deberet Cæſar, eos armis compeſcere: Ergo.

Eſto, inquit, *Cæſar armis impediret, tamen adhuc Acatholicorum facto non niſi accidens cooperaretur.*

Quomodo per accidens? Si Cæſar miſſo exercitu Catholicos emigrationi reſiſtentes, compeſceret, nunquid Acatholicos in expellendis fidelibus iuuaret? An non actionis illius expulſiuæ ſocius & pars foret? Quomodo ergo per accidens concurreret?

Sicut parens per accidens concurrit, & cooperatur homicidio ex rixâ duorum conſecuto, ſi filium, cùm pugnam dirimere vellet, domi per vim retineat.

Contrà. 1. Pater ideo non cooperatur cædi, quia non tenebatur permittere, vt filius cum periculo vitæ propriæ, alieno periculo caueret. At hîc nihil ſimile excuſat Cæſarem, qui Catholicos iniuriam à ſe propellentes, armis coërcet, ne id poſſint facere. 2. Si filius ille abſque periculo proprio cædem illam impedire poſſet, & à parente vi detineretur, quò minùs impediret, quis dubitet parentem cædis reum facere? Atqui Cæſar vi Projecti, Catholicos etiam tûc cùm efficaciter, & ſine diſcrimine, & à ſe & ab aliis Catholicis exilii iniqui pænam amoliri poterunt, vi armatâ tenebitur impedire. Ergo ſi id faxit, exilii iniuſtè illati, vel fidei malè eiuratæ cauſa per ſe erit.

VI. Argumentum.

Cæſar per illam Pacem non cooperatur hæreſi, ſed tantùm permiſſiuè ſe habet. Non adiudicat fieri petitionem Acatholicorum quando petunt ſibi permitti reformationem, & expulſionem Catholicorum,

ſed indicat debere permitti,vt,ſi velint, reforment, & expellant,ſi nolint, omittant. Non tradit Catholicos ad hæreſin profitendam, ad exilia,& ſpoliationes,ſed non impedit,quo minùs malitioſè ſi velint,hæreſin ſuſcipiant,non impedit Dominos,quo minùs compellant ad migrationem &c. Ergo.

Reſp. Cæſar, Catholicis contra vim iniuſtam iure experiri volentibus,omnem actionem negabit. Iuxta art.14.& 15.Pacis religioſæ. Hæreticis verò,ſi illum,contra Catholicos pro iure ſuo decertantes,imp[illegible]nt,non modò decentia& neceſſaria iuris remedia,per ſententias & p[illegible]lica edicta,ſed etiam,auxilium & patrocinium vi armiſque afferre vult & debet. Articulus 17. ita habet: *Et ſi pars vna, aut ſtatus aliquis contra hanc editam pacem,alteri (quod fieri non debet) nunc,vel futuro tempore,facto ipſo, clam vel palàm, vim intulerit aut moleſtiam;tum Cæſarea Maieſtas, Nos & illi,noſtrique & illorum ſucceſſores ac hæredes,tali caſu non tantùm ei qui vim intulerit,aut facti moleſtiam exhibuerit,aut exhibeat,conſilium,auxilium aut patrociniū nullum præſtare, ſed etiam alteri parti, aut ſtatui, qui contra hanc pacem,vim aut oppugnationem patitur,contra vim inferentem, aut facto oppugnantem,auxilium & patrocinium adferre volumus & debemus.*

Quid clarius? Qui Acatholicis cùm Catholicos Eccleſiis ſuis ſpoliant,cùm à fide diſcedere nolentes, exilio mulctant,cùm ejectis ſacerdotibus Prædicantes in locum ſurrogant, contra eoſdem Catholicos,vim arcendæ iniurię causâ parantes,auxilium&patrocinium adferre vult & debet,is non tantùm permiſſiuè ſe habet, ſed directè cooperatur illis actionibus prauis, & ad hæreſis propagationem fideiq; ignominiam & exitium tendentibus.Atqui Cæſar vi pacis hoc præſtare debet:Ergo Cæſar,vi pacis,cooperari debet. Quare qui in hac re cooperationem negat,eâdem operâ,in ſententiâ &facto Pilati cooperationem ad necem Chriſti facilè negabit.Non enim Pontius ex ſuâ animi ſententiâ reum pronuntiauit,non mortem commeruiſſe de ſuo edixit, ſed elutis coram populo manibus profeſſus,iuſtum & innocentem non tam poſitiuè condemnauit, quàm vt à Iudæis iuxta legem ſuam,ſi vellent,è medio tollerent,permiſit. *Innocens ego ſum, inquit,à ſanguine iuſti huius,vos videritis.* Atque ſi diceret; Leges Romanæ non permittunt mihi hunc hominem abſq; crimine à me

reper-

repertum neci addicere. Quando vos autem legem habetis, ſecundùm quam debet mori, vti vos dicitis, neq; vultis aliter acquieſcere, per me licet, pro libitu veſtro in crucem agite. Non equidem impedio, ſed auctoritatem occidendi, quam vobis deeſſe audio, meo & imperatoris Romani nomine permitto. Accipite milites, lictores, educite, necate, nihil obſto. Id vnum ſcitote me hanc ſententiam, non tam meo aut Cæſaris, quàm omnium veſtrum nutu atq; nomine non tam proferre iuſtitiæ quàm inſanæ veſtræ importunitati concedere. Atq; ea cauſa, mortem ego hanc immeritiſſimam neque apud Deos neq; apud homines vnquam præſtabo, ſed vobis veſtróque capiti tota ſanguinis huius vltio incumbet. Quis tamen Pilatum à cooperatione excuſet? Is qui hunc Pacis articulum excuſet.

VII. Argumentum.

Si tyrannus quiſpiam aliquem è ciuibus innocentem ad cædem poſtularet, toti alioqui ciuitati excidium illaturus, poſſe pro communi ſalute tradi innocens, imò cogi vt ſe ipſe tyranno ſiſteret, idq; abſq; vllo peccato. ex comm. DD. ſententiâ. Atq; id longè grauius eſt, quàm permittere, vt cogantur Catholici ad emigrationem, vbi ſacra dominorum reſpuunt. Grauius item eſt, quàm ſi vel Cæſar ipſe cogeret (quod tamen non facit) ad emigrandum.

1. Nego Minorem. Tradere talem hominem ideo in illâ neceſſitate licet, quia cogitur facere id, quod facere iure naturę ipſe vltro tenebatur. Hanc rationem Doctores reddunt. Atqui Catholicus, non tenetur iure vllo naturali bona Eccleſiaſtica quæ legitimè obtinet, ſpoliatoribus concedere, neq; aut fidem negare, aut ſolum vertere. Cur enim non ſe defendat ſi poſſit? Ergo tunc non poteſt tradi & hæreticis permitti. 2. Nego quòd Cæſar ipſe non cogat ad emigrandum. Nam ſi Catholici migrationi & expulſioni ſe opponerent, tenetur Cæſar expellentibus hæreticis auxilium & patrocinium adferre. 3. Ex iiſdem Auctoribus ſic arguo. Etſi licet talem innocentem tradere, non tamen licet virginem ad dedecus & vitium tradere; nimirum quia illa tali caſu ad illud ſe offerre non debet. At-

qui etiam Catholicus nullo iure debet aut fidem aut patrium ſolum deſerere. Ergo ad hoc faciendum non poteſt aut tradi, aut cogi.

VIII. Argumentum.

Si eò deueniret Turca, vt euidens periculum euidenter immineret Germaniæ totius ſub iugum & Turciſmi impietatem mittendæ, ademptâ quoq; fidei Catholicæ libertate, niſi in vna alteraue ciuitate Cæſar permitteret in perpetuum lenocinia, vitam turpem, atq; in iis meram ſolamq; eiuſmodi maculoſorum hominum fecem, ademptâ infamiæ notâ; & conceſſâ poteſtate, ciues ſpurcari nolentes eiiciendi. &c. Certè id malum foret quidem grande, ſed grandius perire totam Germaniam atq; idcirco præ grandiore eligendum.

Reſp. Si ita perpetuò peteretur, vt non ſit permiſſum Cæſari vnquam, etiam tunc cum exſtirpato fortè aut ita longè ſubmoto Turcorum dominatu nullum ab iis imminebit periculum, & cùm aliunde nulla, aut maioris boni procurandi, aut maioris mali cauendi cauſa extiterit, vllo deinceps ſecuturo tempore peſtem illam ex Imperio exſcindere, ſine dubio illicitum foret fœdus, & maius malum quàm totam Germaniam abſq; noſtrâ culpâ interire. Quare ego viciſſim quæro. Quid ſi aliquis ita argumentaretur: Si eò deueniret Turca, vt euidens immineret toti orbi Germanico diſcrimen ab Alcoranij iugo ſubeundo, niſi Cæſar ioculò ſaltem mentiretur vel ſemel. Certè id malum foret prægrande, ſed grandius perire totam Germaniam, atq; idcirco præ grandiore eligendum. Quid reſponderes? An conſentires ita arguenti? Non credo. Neque Cæſar pientiſſimus aut deberet aut vellet, vel veniali peccato, orbem vniuerſum Eccleſiæ & ſibi lucrari. Atqui tam pudenda fornicum perpetuorum conceſſio, multò equidem plùs habet repugnantiæ cum rectâ ratione, quàm leue mendacium: Ergo non vellet, neq; deberet Cæſar, eâ Germaniæ libertatem & ſalutem redimere.

Hæc ſatis. Cætera aut ſuperiùs excuſſa ſunt, aut reſponſo publico Theologi indigna.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE